PETRI IACOBI MONTI FALCHII DE COGNOMINI-BVS DEORVM OPVSCVLVM.

ALPHAENI



INSIGNIA

¶ Ad Lectorem.

Quisqs amas ueterum cognomina nosse deorum
 Et ferias, ludos, sacra, cerimonias.
Numinibus ue quibus quę uictima detur, adesto.
 Hic liber ostendet quod cupis, omne tibi.
Sed nō scripta nimis docto hæc, nō scripta malignis
 Inuide, differ opus, dum legis ista, tuum.

PETRVS IACOBVS MONTI FALCHIVS ALPHAENO PERVSIAE ET VMBRIAE QVAESTORI. S. P. D.

MORIS olim fuit & adhuc extat quod q nouum scripsisset opus id alicui principi dedicaret, ea (ni fallor) gratia ut famam sibi fauoréq; tali dedicatione pararet: sic. M. Manlius suum poema Augusto. Valerius max. facta & dicta memorabilia Tiberio. Plinius naturalis historiæ libros Vespasiano. Vegetius rei militaris epitomen Valentiniano. Aelianus suas acies Hadriano. Iustinus Pompei trogi excerpta Antonino Cæsaribus dicauere. Ex recentioribus uero q sui fructus ingenii Pontifici maximo uel Cardinalibus aut Regibus aut Imperatori non scribat uides neminem. Nonnulli sunt q suos libros alii domesticis alii amicis amicitiæ ac beneuolentiæ tantum causa donant: ut illis hoc modo gratificētur. Facit hoc Cicero qui officia Marco filio. De oratore ad Quintum fratrem. De Perfecto oratore ad Brutum. De topicis opus ad Trebatium misit. Macrobius quoq; sua filio Saturnalia: & Terentianus etiam filio ac genero de literis syllabisq; & metris opus oppido eruditum dedit. Taceo Iulium firmicum: q Mauortio Lolliano. Priscianum: qui Iuliano uiro patritio. Lucretium qui Memmio. Varronem qui Cæsari & Ciceroni amicis suas lucubrationes transmisit. Quod si roscii literaꝝ uiris in principatu & imperio cōstitutis sua scripta obtulere: si clarissimi

auctores ea que composuerant amicis impertie re: quanto conuenientius mea paruitas aliquem suis opusculis patronum quærat? aliqua nostris amicis munuscula & nos dabimus? Profecto ipse cum duos modo libellos, vnum de deorum cognominibus de sacris celebritatibus alterum peperissem cogitabam & ego cui dignius donarentur. Cogitanti tua euestigio dignitas in mentem uenit. Es. n. uir (absit adulatio) summa eruditione atque auctoritate, magna diligentia, fide, probitate, ut non iniuria Pōtifex max. te suum tot annos questorem habeat. Te omnes eruditi obseruent. Alphænum omnes ament & iidem (quod rarum est) colant. Me uero tam semper tua humanitate dilexisti, ut ingratus videri queā, nisi te aliquo munere donē qualecunque esset. At quid noctuas (dicat aliquis) Athenas tulisti? An putabas talia ab Alphæno ignorari? minime gentium. Sed nōn dantur diuiti munera ut egenti. Neque tua, uerum mea causa libellum hunc prębui, ut habeat per quem securus in lucem prodeat. A quo defendatur, malignitatis dentes te uindice non extimeat. Tuæ nobilitatis fuerit eum læta frōte suscipere, neque spe quam de te semper habuit fraudare. quod ut facias quia benignitate ipsa benigniorem te semp cognoui, ac nihil minus q̃ p̄cibus gaudere, haud pluribus uerbis orem. Illud sane de meis libellis tacere non potui & si nō aliam, saltem hanc fore in illis utilitatem, ut deorum cognomina & sacrę celebritates per sexcenta sparsæ uolumina uno in loco quęrendi euitato fastidio q̃ facillime habeantur. Vale.

Petri Iacobi Montifalchij de cognominibus deorum Opusculum.

✠

SI DEORVM dicet aliquis tanta est multitudo si quidem eorum duo & triginta millia Hesiodus numerat, quando ad illorũ cognominum finem ue//nietur? Equidem innumeros apud ueteres fuisse olim deos haud negarim: quod & diuus Augustinus refert in libris quos scripsit de ciuitate diuina: & Iuue//nalis uti superstitiosum in Satira.xiii.taxare ui//detur. Sed nos haud qdem de omnibus uerum de maioribus nobilioribusq3 dicturi sumus, ut illi sunt quos selectos adpellatos uno disticho/ Ennius cõplexus fuit. Iuno: Vesta: Minerua: Ce//res: Diana: Venus: Mars: Mercurius: Iouis: Ne//ptunus: Vulcanus: Apollo: necnõ Saturnus cum Ope uxore & Iano regni socio. Qui quoniã sunt antiquiores ab eis exordiemur suo reliquos or//dine relaturi atq3 ita ut aliqua nobis de indu//stria aliqua etiam inscitia praetereantur. Non.n. hi sumus quibus omnia dicere certum sit non παντων γνωμονικοὶ id namq3 diuinum est haud hu//manum: non Argi aut Lyncei ut nunq̃ coecutia//mus. Tritum adagium est funda non omneis pi//sces capit supra quos iacitur. Illud sane testari queam ex latinis deorum cognominibus, etiam

græcis que nostris in usu poetis existant paucissima esse que hic desiderentur:

DE SATVRNI COGNOMINIBVS

¶SATVRNVS a satu dictus est, cuius causa de cælo sit: quod sane Saturnũ esse multis sit persuasum: sicut Opem illius uxoré esse terram tradente Macrobio. & si paulo ante Idem scribit ꝓpter abscissorum pudendorum fabulam Patri a nostris eũ Saturnum uocatum πταρα την σαθην quod membrũ virile declarat. Idem alibi Macrobius tradit saturnum esse temporis auctorem. & ideo a græcis immutata litera κρόνον quasi χρόνον hoc est tempus uocari. Cicero (quod & Lactantius repetit) Saturnum prodit dictum esse ꝙ saturetur annis cum sit tempus aut temporis cursum conuersionemq; continens. hic SATVRNVS PATER cõiuncte dictus teste Gellio. hic FALCIFER a poetis nominatur. Oui. Ante pererrato falcifer orbe deus. Idem Te fera nequicq̃ placidum spondentia Martis Sydera presserũt falciferiq; senis. a falce illi adtributa, ꝙ tempus omnia metat. ut Macrobius refert. Item STERCVLIVS ꝙ Saturnus omnium primus agris fœcunditaté compararit teste Macrobio. et si Plinius atque Seruius honoratus aliter.

DE COGNOMINIBVS OPIS.

¶OPS saturni uxor & soror nomé habet uel quia eius ope (nam terra esse tradit) humanę vitę aliméta queruntur. uel ab opere per quod fru-

ctus frugesq; nascunt ut inqt Macrobius. græce RHEA uocatur teste Eusebio de præpara. euange. & Ausonio in monosyllabis eo hemisticho. post hanc Rhea, quæ latiis ops. fortasse ἀπὸ τοῦ ῥέω. i. fluo, q terra affluens omnium sit rerum. Eadem CYBELE nominatur Vergi. Hinc mater cultrix Cybele, corybantiaq; aera. a loco qui est in phrygia. ut vult Strabo. siue quia homines in furorem agat. quod græci κύβον dicunt. ut scribit Sextus Pompeius Festus. Inuenies quãdoq; Cybelen penultima longa ut: Et lotam paruo reuocant Almone cybelen. Apud Lucanum. Ouidius dixit cybeleia mater illo uersu Attonitusq; seces ut quos cybeleia mater Incitat ad phrygios uilia mẽbra modos. uocatur & ALMA MATER ab alendo. MATER PHRYGIA a regione, quam dilexit. MATER IDAEA ab Ida, q mons est tam Phrygiæ q̃ Cretæ. & utrobiq; Cybeles cerimoniæ celebrã tur. Ad eam Vergilius Alma parens Idaea deum, cui Dindyma cordi Turrigeræq; urbes. biiugiq; ad frena leones. Tibullus. At qui non audit musas, qui uendit amorem Idaeę currus ille sequatur Opis. DINDYMENE. a dindymis phrygię monte qui Pesinunti imminet urbi auctore Strabone. Martialis: Non per mystica sacra Dindymenes. Strabo mõtem numero multitudinis uocat, vt Virgilius paulo ante a nobis citatus, & Ouidius qui ait Dindymaq; & Mycale. & Vergilius ipse alibi. Ite per alta Dindyma. Statius Dindymon ĩ singulari. Cui uertice sacro Dindymon & celsis decreuit fontibus Ida. & Propertius Dindymos & sacrę fabricata inuenta Cybeles. Vbi animaduertendum Statium neutro, Propertium

mascu.genere. DINDYMON protulisse. Nam Catullus in dubio posuit Dea magna, dea Cybele, dea domina Dindymi. Strabo idem quem paulo ante citaui scribit alibi Didyma Thessalię montes esse ubi DIDYMEAE deum matris fanum. A.turribus etiam qbus delectaretur: siue a turrita corona quam gestarit appellata est dea TVRRIGERA. Statius. Ille phryges lucos matris penetralia cędit Turrigeræ. Item TVRRITA. Properti⁹ claudia turritę rara ministra deę. MATER MYGDONIA. a Mygdonia regione phrygiæ contermina. Valerius flaccus. Mygdonię Pan iussa ferés sęuissima matris. PESINVNTIA. a Pesinunte oppido phrygię, ubi templum honoresq́ ac sacra ei fuerunt auctore Strabone & Diodoro. De hoc oppido intellegit Valerius maxi. dum ait matri deū sępe numero imperatores nostri compotes victoriarum suscepta uota Pesinunté profecti soluerunt. Nam deum mater Ops est, ex qua saturni semine nati Iupiter/Neptunus/Pluto/Ceres/Vesta. Idcirco MAGNA MATER cognominatur. Idem: Genutius (inquit) qdam magnę matris Gallus. Silius italicus. magnęq́ Reate dicatū Cælicolum matri. Idem cælicolū genitrix, numen quod numina nobis Cuncta creas, cuius proles terramq́ fretumq́ Syderaq́ & manes regnorum sorte gubernant. Eadem BERECYNTIA nuncupat̃ Vergil. qualis Berecynthia mater: Inuehitur curru phrygias turrita per urbes læta deum partu centum cóplexa nepotes. Omneis cælicolas omneis supera alta tenentes. nimirum a Berecyntho phrygię castello ubi colebatur teste Seruio. Apud Strabonem modo hanc ANGIDISTAM. modo ANDI-

RINAM modo ASPORINAM uocatam legimus. Martialis ENTHEAM dixit ita inquiens. Quem secłis ululat matris Enthee Gallus ἀπὸ τοῦ ἐνθουσιάω q est insanio quia homines presertim gallos sacerdotes insanire facit: ut supra in cybeleii nominis interpretatione demonstrauimus. Refert Macrobius Labeonem sensisse hanc & bonam deam eandem esse.

DE IANI NOMINIBVS.

IANVS italię rex qui Saturnum a Ioue filio pulsum excepit, exceptum regni societate donauit: uariis & ipse nominibus fertur. Clausius siue Clusius. Patultius. Cōsuuius. Quirinus. Iunonius Ianus pater. Deus clauiger. Deus geminus. Deus biceps. Deus bifrons. IANVM Pompeius festus ab iatu aspiratione detracta dictum autumat eo q ipse sit chaos, cui omniū primo supplicabāt: ueluti parenti a quo rerum omnium factum putabant initium ipso apud Ouidium ita dicente: Me chaos antiqui (nam sum res prisca) uocabant. Accipe q longi temporis acta canam. Lucidus hic aer & que tria corpora restant Ignis aqua & tellus vnus aceruus erāt. Vt semel hęc rerum secessit lite suarū. Inq; nouas abiit massa soluta domos: Flamma petit cælum. ppior locus aerea cæpit: Sederūt medio terra fretumq; loco. Tunc ego q fueram globs & sine imagine moles In faciem redii dignaq; mēbra deo. Alii mūdum idest cælum referente Macrobio esse uoluerunt: Ianumq; dici ab eundo q mundus semper

eat: dum in orbem uoluitur: & ex se initium faciens in se refertur. Vnde Cicero EANVM nō ianum nominat ab eūdo. Ideo & apud nos ī quattuor spectat partes, ut demonstrat simulachrum eius Faleris adiectū. Proptereaq; QVADRIFORMIS a quibusdam uocatus. Ouidius quia Ianuę praesidet Ianum dici uoluisse uidetur dum deus ille apud ipsum sic ait Praesideo forib⁹ caeli cum mitibus horis Et redit officio Iupiter ipse meo. Inde uocor Ianus. Quam sane rem Macrobius quoq; indicat scribens in hunc prope modum sed apud nos Ianum omnib⁹ praeesse ianuis nomen ostēdit CLAVSIVM siue CLVSIVM nominauere quia bello eius aulę patent pace claudūtur ut Macrobius tradit. Apud Ouidium ipse ita inquit. Nomina ridebis. modo nāq; Patulrius idē Et modo sacrifico Clusius ore uocor. Scilicet alterno uoluit rudis illa uetustas Nomine diuersas significare uices. CONSVVIVS eodem Macrobio inq̄ auctore dictus fuit a conserendo hoc est a propagine humani generis: quae Iano auctore conseritur. QVIRINVS quasi bellorum potens ab hasta quam Sabini Curim uocāt. IVNONIVS q̄si non solum Ianuarii Sed omnium mensium ingressum tenēs. In ditione. n. Iunonis sunt omnes kalendę PATER quasi deorum deus. Iuue. Respondes his Iane pater. CLAVIGER namq; cum claui & uirga figuratur quasi omnium portarū custos ac rector uiarum. Ouidius. Clauigerum uerbis alloquor ipse deum. GEMINVS ꝓpter ancipitem imaginem, de qua Ouidius Tum sacer ancipiti mirandus imagine Ianus. eadem causa BICEPS

& BIFRONS. Oui. Iane biceps anni tacite laben-
tis origo Solus de superis qui tua terga vides.
Ab Oratio MATVTINVS uocat a mane quæ po-
tior est diei pars. Nam bon⁹ a mane (ut dicitur)
dies incipit. ut nõ iniuria ab Hesiodo pręcipiat:
Mane operi adsurgas. opis pars tertia mane cõ-
ficitur. Qui aliquid bene incipiũt matutino tem-
pore incipere consueuerunt ut ait Acron Oratii
interpres. Ianus autem rebus incipiendis preest.
Ideo ab aliquid ordientibus inuocatur sicut ab
Oratio cuius hoc sit carmen. Matutine pater seu
Iane libetius audis Vnde homines operum pri-
mos vitęq; labores instituunt. Sic diis placitum
tu carminis esto Principium.

DE COGNOMINIBVS IOVIS.

IVPITER a iuuando nomen accepit ut sit
Iupiter iuuans pater teste. M. T. Cicerone. græce
ζεὺς in genitiuo διὸς Homerus ὄναρ ἐκ διός ἐστιν hoc
est somnium a Ioue est: a nostris maioribus hic
IOVIS in nominãdi casu dictus est. Cecilius. Nõ
nouus qdem deus reptus est iouis. Vnde Diiouis
& Veiouis de quibus infra. Ab eisdem ueteribus
OPTIMVS MAXIMVS uocabatur. optimus ꝑpter
beneficentiam. Maximus propter vim. A poetis
uariis nominib⁹ fertur PATER. quia singulorum
beneuolę susceperit curam. uel dux fuerit homi-
nibus beneuiuendi. ut Diodorus testatur. Orati.
Iam satis terrę niuis atq; diræ Grãdinis misit pa-
ter. SATOR & CREATOR. Vergi. Olli subridẽs ho-
minum sator atq; deorũ. Valerius soranus eum

non modo GENITOREM sed etiā genitricem uocauit: sic.n. ait, Iupiter omnipotēs regum rex ipse deumq; Progenitor genitrixq; deum deus vnus & omnis IMPERATOR & REX ob imperii amplitudinem. CONSVLTOR & PROVIDVS ꝑpter consulendi prudentiam eiusdem quem paulo ante citaui testimonio Diodori. OMNIPOTENS Verg. Iupiter omnipotēs ꝑcibus si flecteris ullis. Oui. At pater omnipotens ingentia mœnia cæli Circuit. Nam (ut ait Terentius) templa cæli summa sonitu concutit. SVMMVS DEVM. Ouidi. Quid o tua fulmina cessant Summe deum? REX SVPERVM. Oui. Rex superū trepidare uetat. REX DEORVM. Vergi. Sic fata deum rex sortitur. MVNDI DOMINVS. i. opere obsceno, Fulmen habet mūdi dominus. SATVRNIVS quia Saturni filius. Oui. Que pater ut sūma vidit saturnius arce. CAELI RECTOR. idem Vasti quoq; rector olympi. OPITVLVS quod opem indigētibus ferat uti a diuo traditur Augustino. ALVMNVS quia (idem ut refert) omnia alat. DIESPITER quoniā diei pater Aulo Gellio & Acrone auctoribus. uel (ut ait Augustinus) quod partū perducat ad lucem. Oratius. Namq; diespiter igni corusco nubila diuidēs. LVCETIVS. quod luce quasi uita adficiat ac iuuet: quo (uti Gellius refert) Cn. Neuius in libris belli punici Iouem appellat. quem si legisset Seruius enarrans illud maronianum Lucetium portæ subeuntem & reliqua non scripsisset Lucetium a Vergilio dictum in nullo alio loco inueniri. de Lucetio ꝑ Ioue meminit etiā Pompeius Festus. FERETRIVS a ferendo. quia (ut Festus idē

est auctor)pacem ferre putaret.ex cuius templo sumebant sceptrum per qd' iurarent.Et lapidem silicem quo fœdus ferirent. DIIOVIS quod die: sicut Lucetius de quo paulo ante,quod nos luce iuuaret.VEIOVIS a particula ue diminutiua, qa non iuuandi potestatem sed nocendi vim habe/ret.nam deos quosdam ut prodessent quosdam ut non obessent colebant.Propterea eius simulachrũ sagiptas tenebat:ut scribit Gellius.his ad/datur quod Macrobius memorat nimirum huic rei faciens Deos scilicet ex cõtrario in eadem re duplici censeri & potestate & nomine. ut Apollinem ἴηιον a sanãdo.& παιᾶνα a feriendo.sic & Ne/ptumnũ Enosycthona & Asphalionem ut infra suo in loco dicemus.Quidam Veiouem Apolli/nem esse tradunt. Martianus capella Plutonem: Oui.in fastis Iouem iuuenem sine fulmine:dcm̃: quasi paruum Iouem.ut Vegrãdia farra coloni, Que male creuerũt uescaq; parua uocãt. STATOR Liuius Templum Ioui statori uouet Romulus:si constitisset a fuga romana acies:dictus a stando est q̃. Romanos a Sabinis fugiẽtes stare fece/rit: etsi Laurentius Valla a sistendo dici maluit Seneca statorem tantum dici vult quia stant be/neficio eius omnia.de Iouis statoris tẽplo Oui/dius. Tempus idẽ Statoris erit quod Romulus olim Ante Palatinii condidit ora iugi. AMMON idẽ Ouidius.Duxq; gregis dixit fit Iupiter unde recuruis:Nunc quoq; formatur.Lybs est cũ cor/nib⁹ Ammon.Ausoni⁹Gallus,Ammonem lybiæ cõsuluere deum. Nominis originem refert Ser/uius ita scribẽs Liber pater cum per lybyam ex/

ercitum duceret fatigatus siti Iouis patris auxilium implorauit: & statim uiso ariete fons sequutus est. Vnde factũ fuit Ioui Ammoni ab arenis dicto simulachrum cum capite arietino ἄμμος .n. græce arenã latine significat. Herodotus Ammonem tradit Aegyptiorũ nomẽ esse: quo ita illi Iouem appellent. Vnde Ammonii populi dicti sint Aegyptiorũ coloni. HOSPITALIS p quem Phalaris in epistola ad Stesicorum iurat. & vergiliana Iuno hunc inuocat ita precans. Iupiter hospitibus nam te dare iura loquuntur. Iupiter. n. hospitibus preesse dictus est uel propter Lycaonem. q̃ cum susceptos hospites necaret a suscepto Ioue postq̃ epu as humanas apposuit in lupum conuersus ostendit hospitii iura uiolanda non esse. uel quia ab illo planeta religio & iustitia est atq; omnis humanitas. græce ξένιος hospitalis uocatur. Vnde Xenia Martialis alterum ex libris distichorum uocauit quia Xenia hospitũ sint munera. Sed idem græce deus ζὴν uocatur & ζεὺς ut supra diximus. LATIALIS cui a Romanis & latinis cõmunia sacra fiebãt in monte albano teste Dionysio/Lactantius humano sanguine coli solitum tradit. ANXVRVS Vergili⁹. Quis Iupiter Anxurus aruis præsidet. ibi Seruius circa tractum inquit Campanię qui est ad Rutulos & Circeos colebatur Iupiter puer q Anxurus dicebatur quasi ἄνευ ξυροῦ. i. sine nouacula quia barbam nunq̃ rasisset. AEGIOCHVS ab αἰγὸς & αἰξ quia nutritus sit a capra uel ab ἔχω teneo & αἰγίς. quoniam ægide uteretur. Harum postremam deriuationum Lactantius sequit̃ scribẽs Iouem Amalthegę caprę corio usum

esse pro scuto contra Titanes dimicantem. Pro//
ptereaq; a poetis Aegiochũ appellatũ. ELICIVS
ab eliciendo teste Varrone & Ouidio qui dicit
Eliciunt cælo te Iupiter. unde minores Nũc quo
q; te celebrant Eliciumq; uocant. Liuius sic loqui
tur de prodigiis ad ea elicienda e mentibus di//
uinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit. Hũc
Plautus PRODIGIALEM nominauit. ei⁹ uerba sũt
Sed mulier postq̃ experrecta es prodigiali Ioui
mola salsa aut thure comprecatam oportuit. PI//
STOR cui Lactantius aram a Romanis dicatã re//
fert qñ eos inqete monuisset ut ex omni frumẽto
quod habebant panem facerent atq; in hostium
castra iactarẽt. eoq; facto soluta esset obsidio de//
sperãtibus Gallis inopia subigi posse Romanos
PRAEDATOR a præda. Vt enim scribit Serui⁹ ho/
noratus romani moris fuit ut bella gesturi aliqd
de parte prædę numinibus pollicerẽtur adeo ut
Romę Iouis prædatorii templum fuerit non q̃
prædę preesset. Sed quod aliqd ex prędа ei debe
retur. HERCEVS ἀπὸ τοῦ ἕρκεος quod est septum. qa
intra septum domus colebatur. quem deũ etiam
PENETRALEM uocabãt ut Festus auctor est. Oui.
Cui nil hercei profuit ara Iouis. VLTOR cui pan//
theon ab Agrippa factũ Plinius ait. OLYMPIVS
Valerius detracto etiã Ioui olympio magni pon
deris aureo amiculo. Dictus ab olympia loco iu//
sta alpheum fluuium in agro Pisano sub ditione
Eleorum. ubi Iouis olympii templum fuit cum
simulachro ex ebore a Phidia facto. de quo Pli//
nius. uel olympius dictus est ab Olympo præfe//
cto a quo eruditus fuit teste Diodoro. ILLVS ab

Elide.nã (ut diximus) Olympia est sub ditione Eleorũ. Sta. Atticus Elei senior Iouis. DICTAEVS Vergi. Ante etiam sceptrum dictæi regis. a Dicte mõte & urbe ĩ Creta ubi fuit enutritus templũq; habuit. Strabone ac Seruio auctorib⁹. CAENEVS a Cæneo promontorio Euboeę ubi hercules ab oechalię expugnatione reuersus aram struxit. dicẽte Ouidio Victor ab Oechalia cęneo sacra parabat Vota Ioui. Seneca Qua tẽpla tollens ara cęnei iouis austro timendum spectat euboicum mare. LYCAEVS a lyceo monte Archadiæ ubi tẽplũ ei fuit auctore Strabone. DODONEVS pro pelasgico. de quo Strabo idem. Et priapei carminis illud, satis notum Dodona est tibi iupiter sacrata. TROPHONIVS cuius oraculum in Lebadea cõstructum est hiatus subterranei descensum habẽs ex auctoritate Strabonis ATABYRVS huic Atabyrim mõtem altissimum Rhodi sacrũ esse Strabo idem testatur. CASIVS a Casio Aegypti mõte ubi ędem habuit. Hic ille mons in quo Pompeii magni corpus iacet. si Strabonem sequimur auctorem. LARYSIVS & ENESIVS. de qbus Strabo: TRIPHYLLIVS in cuius templo columna fuit aurea: ubi Iupiter sua gesta descripsit. tradẽte Lactantio. huius meminit etiã Eusebius de præparatione euangelica. LAPIDEVS per quem sanctissimum iusiurandũ fuit auctore Gellio. Cicero sic quomodo inquit tibi placebit Iouem lapideum iurare? cum scias iratũ esse Iouem nemini posse. Videtur autem Lapideus dictus a lapide quem in faciendis fœderibus iuraturi tenebant (vt scribit Festus) ita loquẽtes Si sciẽs fallam me Die-

piter salua vrbe arceq; bonis eiiciat:ut ego hunc lapidem. PLVVIVS apud Tibullum Arida nec pluuio supplicat herba Ioui. Nam Seneca memoriæ (vt arbitror) lapsu versiculum hunc Ouidio asscribit. ELEVTHERIVS liberator cui templũ fuit apud græcos Plateis structum ab eis occiso Mardonio cum.ccc.millibus Persarum, eiq; sacra instituta Eleutheria appellata. si Straboni credimus grauissimo authori NICEPHORIVS ex cui⁹ respõso habuit præsumptionem imperii Hadrianus. vt Spartianus memoriæ tradit. PAPEVS. quẽ Herodotus rectissime appellatum ait. arbitror qa παντα est pater PANOMPHEVS uel quod omnium uoces audiat. uel quod omnium uoce loquatur. namq; παν omne & ὀμφη uocem significat. Ouidi. Ara panompheo uetus est sacrata tonanti. quod sane ab Homero accepit. ille.n. sic ἔνθα πανομφαίῳ ζηνὶ ῥέζεσκον ἀχαιοί. Lactãti⁹ meminit de Ioue ATHABYRIO. LABRYANDO. LAPRIO. MOLIONE. sunt & q uelint Iouem esse quem Arabes ASSABINVM uocant teste Plinio.

DE NEPTVNI COGNOMINIBVS.

NEPTVNVM Varro latinæ decus linguæ a nubendo dici uoluit qđ terras nubat idest operiat. Cicero uero & ipse latinarum literarum sidus a nãdo paulum primis literis immutatis. hic a poetis. REX AQVARVM. Deus aequoreus. Pelagi rector. Profundi domitor & moderator. Maris genitor appellatur. Oui. Mulcet aquas rector pelagi. Idem. Cumq; tridentigero tumidi ge-

nitore profundi. Sta. Ante domum tumidæ moderator cærulus vndæ. Idem. Tunc ductor aquarum inuitat curru. A græcis ENNOSIGEVS & Enosichthon. i. terriquasso & Tellurimoto ut Aulus Gellius interpretatur. quod aquaꝝ subter in terrarum cauis vndátium fluctibus pulsibus ue terremotus fiant. Iuuenalis Ennosigæum ꝓ mari posuit uel pro DEO ipso Xerxem deridendo Persaꝝ regem dum ait. Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigęum. Item ASPHALIO. i. terram stabiliens. nomen contrarium superioribus. nec mirum. numina enim (ut scribit Macrobius & nos etiam supra in Ioue memorauimus) sępé ex cõtrario eadem in re duplici tam nomine q̃ potestate cẽsentur. HIPPIVS. i. equester dictus est etiã. uel ꝙ Pegasus ex eo & Pegaside natus sit. uel ꝙ equleus eius loco superpositus Saturno fuerit: quem pro Neptuno deuoraret. uel ꝙ tridentis ictu terra equum excierit. cui quaternos equos ob hoc in Illyrico iaciebant nono quoq; anno in mare. ut author est Sextus Pompeius Festus. hic & CONSI nomen habet auctore Seruio. cui suffragat͛ Ausonius Gallus dum ait. Tum Iouis & Consi germanus tartareus Dis. & alibi idẽ Cenea mutauit proles saturnia Consus. nam qui mutauit Cenea siue Cenida Elatei filiã ex puella in uirum: fuit Neptunus Saturni filius. ut Ouidius docet. Idem POSSIDON appellat͛. Vnde Athenarum urbs quam ipse cum MINERVA condidisse fert͛ Possidonia dicta est ut Strabo cõmemorat. TAENARIVS apud Propertium. Nõ sic Aemonio Salmonida mixt⁹ Enipheo TAENARIUS facili ꝑssit

amore deus. a taenaro Laconiæ promontorio. ubi deo ſacra ſtructa eſt ædes tradẽte Strabone. Ad hoc refertur illud in Priapeis Vndæ Taenaros æquoriſq; regi. HELICONIVS. cui? templum Strabo inqt ſua ætate ab Ionibus precipius honoribus adorari. AEGEVS eiuſdem Strabonis teſtimonio ab Aegis inter Euboeam ſitis ubi templum illi fuit. ISTHMIVS ab Iſthmo de quo Strabo idem. SAMIVS cuius ſacellũ fuit inter Lepreũ & Amnium. in quo Homerus ait Thelemacum Pylios offendiſſe dum ſacrificio operam darent ut a Strabone refertur. Inuenio a græcis etiam CYANOCAETEN. i. crines cæruleos habentem uocari. Scythæ (ut mentionem facit Herodotus) THAGYMASAM uocitant. Apud nos Statius Iouẽ ſecũdũ Neptunum appellauit eo uerſu ductorq; ſecundi Quod ſupereſt complexa Iouis.

DE PLVTONIS COGNOMINIBVS.

PLVTO a diuitiis nomen habet quas græci πλουτους nominant. Vnde a noſtris teſte Seruio DIS atq; DITIS uocatur. quod (uti Cicero inqt) terrena uis omnis ac natura Diti patri dicata eſt quia & recidant omnia in terras: & oriantur ex terris. Ad eũ Parcae apud Claudianũ ſic. O maxime noctis Arbiter: vmbrarumq; potens, cui noſtra laborant stamina, qui finem cunctis & ſemina præbes. Naſcẽdiq; vices aliena morte rependis. Qui vitam letumq; regis. nam quicqd ubiq; Gingit materies hoc te donante creat Debeturq; tibi certis ambagibus æui. & ſi quidam (ut oſtẽ

dit Quintilianus) a contrario interpretantur qa minime sit diues. Vergilius græco usus est nomi natiuo Odit & ipse pater Pluton. odere sorores Tartareum mõstrum. Dis apud Ausonium. Tum Iouis & Cõusi germanus tartareus Dis. & Tibul lus inqt Interea nigras pecudes promittite Diti ORCVS idem cognominatur & qdem ab urgen do mortem. c. enim antiqui pro. g. frequẽter po nebãt ut author est Festus. qui & orcum sine aspi ratione scribendũ innuit p Seruio contra Pro bum. Apuleius q̃ pulchre in peculio inquit Pro serpinæ & orci familia numeratus. Tibullus Me uocet i uastos amnes nigramq; paludem Diues in ignara luridus Orcus aqua. Ab antiqs QVIE TALIS dictus auctore Festo. arbitror quia mors ærumnaꝝ sit quies. Item SVMMANVS quasi sum mus Manium ut Martianus Capella interpreta tur FEBRVVS. cui mense februario sacrificaret ut Seruius scribit. SORANVS eiusdẽ Seruii testimo nio sup Maronis illud Summe deum sancti cu stos Soractis Appollo. AGESILAVS de quo Lactã tius firmianus faciat mentionem. VEDIVS & Ve iouis teste Martiano capella. VRAGVS ab urgen do qđ is deus nos maxime urgeat de quo Ver rius Flaccus. sunt qui existiment Plutonem Sera pim esse ut Diodorus siculus refert. a Poetis no stris uocatur DVX HEREBI. Sta. Dux herebi popu los poscebat crimina uitæ. Nil hominum mise rans iratusq; omnibus vmbris. Iupiter iniquus. Idem. hunc igitur (si digna loquor) rapiamus iniquo Nate ioui. ELYSIVS TYRANNVS. Idẽ Ely sii lucebat sponsa tyranni. DEVS NIGER Ouidius

Et pulsata nigri regia cœca dei. ANIMARVM RECTOR. Clau. Iamq; per anfractus animarũ rector opacos. Idem Proserpinæ raptũ sic ordit̃ Inferni raptoris equos & reliqua de Plutone intelligens IVPITER STYGIVS. Naso. Sæpe tibi est stygii regia uisa Iouis.

DE NOMINIBVS IVNONIS

IVNONEM a iuuãdo dici auothres sunt. M. Varro. Martianus capella. & Donatus Terentii interpres. pluribus & hæc nominibus nominatur. SATVRNIA a patre. Ouidius. Excipit hos. uolucrisq; suæ saturnia pennis Collocat. Vergi. Fariq; uetat saturnia Iuno. Lucina. Lucesia. Fluonia. Februalis. Februata. Iterduca. Domiduca. Vnxia. Cinxia. Socigena. Populonia. Curitis. Aeria. teste Martiano capella. & qdem LVCINA siue LVCESIA ut ait ꝙ lucem nascẽtibus tribuat FLVONIA ꝙ mulierum sanguinis fluorem in conceptu cõtineret. FEBRVALIS uel FEBRVATA quia mulieres februabat. i. purgabat ITERDVCA & DOMIDVCA quoniam nuptas iter protegeret: easq; duceret in optatas domos. VNXIA ꝙ posteis vngens faustum omen affigeret. CINXIA ꝙ nuptæ cingulum ea duce in thalamis poneret. SOCIGENA quia mares & fœminas societ iungatq; connubio. POPVLONIA ꝙ ex virorum mulierumq; coniunctionibus ab ea factis populi procreentur. CVRITIS a curi quæ Sabinorũ lingua hastã significat. Iuno. II. hasta curruq; utit̃ AERIA ab aeris regno. Iuno enim (quod & Macrobius

ait)aer est. vnde Iouis hoc est cæli soror fingitur cum iisdem seminibus cælum & aer ꝑcreati fuerint. Vocatur etiã OPIGENA auctore Festo quod opem in partu laborantibus ferret. IVGA quoniam (ut idem scribit) matrimonio coniungat. a q̃ Romę vicus iugarius nomen sumpsit. in quo ara fuit Iunonis iugæ. vergilius qđ ad hanc rem facit hoc scriptum reliquit carmen Iunoni ante omneis. cui vincla iugalia curæ. LACINIA a Lacinio promontorio Italiæ ad Magnam Græciam. ubi testimonio Strabonis tẽplũ habuit locupletissimũ. de quo Vergilius Hinc sinus herculei (si uera est fama) Tarenti Cernitur. attollit se diua Lacinia contra. De Iunone Lacinia meminerunt etiã Valerius Maximus & Lactantius firmianus. ACREA oraculũ habens inter Lecheum & Pagas tradente Strabone. ARGIVA ab Argis ubi nata est eiusdẽ Strabonis testimonio. ut propterea charos Iunoni Argos Vergilius dixerit. habuit Argiua Iuno templum in Italia post Silarim fluuium ab Iasone constructum ut Strabo alibi memorat PELASGA quod apud pelasgos magno in honore fuisset. de hac Propertius An contempta tibi Iunonis tẽpla pelasgæ. PROSYMNIA a Prosymna urbe Argiuoꝝ auctore Strabone. Stati⁹ Hinc celsæ Iunonia templa Prosymnæ. CVPRA cuius templum in Piceno esset thuscorum ædificium. ut ait Strabo. MONETA Romę a monendo arbitror. namq; (uti Cicero scribit) cum non multo ante urbem captam a Gallis terremotus factus esset ferũt extitisse uocem e templo Iunonis quæ in arce erat ut sue plena ꝑcuratio fieret. Quo cir-

ca Iunonem illam appellatā monetam. Aedem autem Iunonis fuisse ī arce tradit etiam Solinus. ædificatā uero a Camillo Ouidius in Fastis. Lucanus CASTRENSEM uocauit Iunonē monetam ingens Numina miscebat castrensis templa monetæ. CALENDARIS etiam Iuno dicta est à calendis quæ illi deæ tributæ fuerūt. ut tradit Macrobius ex Varronis & pontificalis auctoritatis sententia. Item CAPROTINA cui ancillæ pariter ac liberæ nonis Iuliis sacrificabant sub caprifico. a q̄ tam deæ q̄ nonis ipsis est nomen. ut idē Macrobius auctor est. Liuius meminit Iunonis SOSPITAE cuius simulachrum Lanuuii lachrymauerit. Apud Rutulos & Circeos Seruio referente colebatur Iuno uirgo quæ FERONIA dicebat᷑. de qua Vergilius Viridi gaudens Feronia luco. Strabo Feroniam haud sane Iunonem Sed deam nūcupari quandam ait. quo etiam nomine urbs sub mōte soracte appelletur. Græci Iunonem ΗΡΑΝ idest heram uocant.

DE CERERIS COGNOMINIBVS.

¶ CERES (ut uoluit Cicero) dicta est tāq̄ geres casuq; itidem prima littera mutata ut a græcis. nam ab illis quoq; DIMETER quasi gemeter nominata est. hanc LEGIFERAM appellarunt latine. græce THESMOPHORAM qa leges quas græci θεσμοὺς uocāt ipsa dicitur inuenisse. teste Seruio & Ouidio. q de Cerere loquens ait Prima dedit leges. Vergilius. Mactant lectas de more bidentes legiferæ Cereri. Item ELEVSINAM ab Eleusi

urbe Atticæ ubi tẽplum habuit & phanum my-
sticũ authore Strabone. Vergi. Atq; eleusinæ ma-
tris uolẽtia plaustra ACTEAM. Statius Tuq; actea
Ceres, cursu cui semper anhelo Votiuam taciti
lassamus lampade mystæ. ab Acte quę regio etiã
Actica dicitur MILESIAM de qua Lactantius fir-
mianus: ENNEAM siue Ennensem ab Enna urbe
Siciliæ umbilico ubi colebaẽ ut Cicero cũ Stra-
bone scribunt. Clau. Enneæ Cereri proles optata
uirebat vnica. CATINENSEM quoq; Cererem no-
minauere. Lactãtius firmianus de Cerere catinẽsi
& Ennensi meminit. quarum alterius tanta reli-
gio fuerit ut adire templi eius secreta penetralia
uiris nefas esset. Alterius antiquitas tanta ut oẽs
historiæ loquanẽ ipsam fruges in Ennæ solo re-
perisse. LIBYSSAM a libyco campo argeo ꝙ in
eo primum fruges ex Libya allatæ sint. ut au-
thor est Festus. LIBERAM sicuti diuus Augustinus
testatur. AMEAM unde puerbium Ἀμαία τὸν ᾽αζησίαν
μετῆλθεν. Amaea ad Azesiam accessit de re diu mul
tum quæsita. Ab eisdem græcis δηὼ Ceres nomi-
natur Vnde Diois Proserpina. ut ibi dicemus. A
poetis nostris FRVGVM MATER. Oui. Placentur
frugum matres tellusq; Ceresq;. Idem Et te flaua
Ceres frugũ mitissima mater. DEA TEDIFERA. Idẽ
Et p tediferæ mystica sacra deæ. Dea fertilis. Idẽ
Geminos dea fertilis angues curribus admouit.
Dea laudanda nimirũ ob merita quæ cõtulit in
mortaleis. Tibullus. Non ego tẽtaui nulli teme-
randa deoꝝ Audax laudãdæ sacra docere deæ.

DE COGNOMINIBVS VESTAE.

VESTA unde dicatur & quid sit docet ingeniosus poeta ita cōcinens Stat ui terra sua. vi stādo Vesta uocatur. Alibi idem Vestam ait ignem esse Nec tu aliud vestam q̃ uiuam intellege flammam. Nataq; de flamma corpora nulla uides. cui suffragatur Cicero. Ciceronis uerba sunt. Vestæ nomen a græcis. nam ea est quæ ab illis hestia dicitur. Vis autem eius ad focos & aras pertinet. Seruius honoratus Vestam pro sententia Ouidii tam terram q̃ ignem esse scribit. & quando pro terra capitur Vestam dici: qđ uariis rebus uestita sit. Quādo uero pro igni ἀπὸ της ἑστίας hoc est a foco in quo ignis alitur, ut bigambos sit adiecta. sicut Er Ver Enetus Venetus. Vestam Vergilius potentem uocauit illo uersu manibus uictas Vestamq; potentem Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Ouidius FLAMMAE CVSTODEM dum ait Cum flammæ custos æde recepta dea est. alibi Iliacam. Vidimus iliacæ trāsferri pignora Vestæ.

DE APOLLINIS COGNOMINIBVS.

APOLLO dictus est ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας hoc est a iactu radiorum ut Plato uoluit. Sunt & plures huiusce nominis interpretationes. quas apud Macrobium legas. si est cordi. Nos deorū cognomina (quod nostrum est institutum) referemus. sane is modo Phœbus modo Phœbus Apollo a poetis uocatur. Vergi. Phœbe graueis Troiæ semp miserate labores. Idem Quæ Phœbo pater omnipotēs mihi Phœbus Apollo Præ

dixit. est autem imitatus Homerum qui sic ait ἔκλυε τοῦ φοῖβος ἀπόλλων & mox ὦ πόποι φοῖβος ἀπόλλων. Phœbum Macrobius ex Cornificii sententia dici putat ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ quod ui fertur. uel a specie & nitore. i. καθαρὸν καὶ λαμπρόν. Idem uocatur PAEAN. Iuuenalis Parce precor Pæan ἀπὸ τοῦ παίειν. i. a feriendo teste Macrobio. sicut eisdem grecis ἰήϊος nominatur ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι hoc est a sanando. Dii. n. (ut diximus in Ioue & Neptuno) ex contrario in eadem re duplici & nomine & potestate censentur ut Macrobius idem author est. DELIVS a Delo ubi natus est insula teste Acrone Oratii interprete. Vt uero Macrobio placet ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιεῖν τῷ φωτί quod illuminando omnia clara demonstret. Ouidi. Delius hunc nuper uicto serpēte superbus uiderat. CYNTHIVS a Cyntho Deli monte ut tradit Festus. Ora. Intonsum pueri dicite Cynthium. LATOIDES patronymica forma a Latona matre Prisciano etiam authore. Sta. Tenuit reuerentia cædis Latoiden. Item LATOVS & LATOIVS & LATONIGENA Ouidius Quem tritoniaca Latous arundine iunctum. Idē Laomedonteis Latoius astitit aruis. Idem Et dare Latonæ latonigenisque duobus Cum prece thura pia. PYTHIVS a Pythone serpente quem occidit. siue is statim post diluuium natus fuerit, ut uult Ouidius, siue alius qui Dei cunas cum inuasisset ab Apolline in prima infantia est interemptus ut Macrobius tradit. Hinc & ludi in dei honorem dicti sunt Pythia, sicuti latius dicemus ubi de sacrificiis fuerit sermo. TITAN secundum eos qui dicunt ex uno Titanum esse

genitum. ut sunt. M. Varro & Diodorus siculus. Ille autem fuit Hyperion. quod ideo fictum quia solis motum primus obseruauit. Quinetiam HYPERION ipse quandoqꝫ uocatur Ouidius Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum. & alibi Perqꝫ leues auras hyperionis æde potitus Ante fores sacras hyperionis æde reponit. DELPHICVS Ouidi. de Coronide. placuit tibi Delphice certe. dictus uel a Delphis oppido sub Parnaso ubi Apollinis phanum & oraculum fuit testimonio Plinii atqꝫ Pomponii melæ. uel (uti Macrobius ex Numerii sententia refert) quia sit δέλφος hoc est vnus. Vnde & nostri SOLEM appellant quia tantam solus claritatem obtinuit uti Macrobius ipse alibi ait. Nominatur & CLARIVS Ouidius ut Clario missa legenda deo. a Claro oppido in finibus Colophoniorum quod illi seruiuit ipsius testimonio dei apud Ouidium ita iactantis mihi delphica tellus Et Claros & Tenedos Patareaqꝫ regia seruit. De phano Apollinis Clarii etiam Plinius meminit. THYMBREVS a Thymbreo monte ut Festus. ut Seruius campo Troiæ ubi templum habuit: de quo Strabo faciat mentionem. Vergilius Da propriam Thymbree domum. GRYNEVS a Gryneo nemore in finibus Ioniis ei consecrato: ut scribit Seruius enarrans tum illud Vergilianũ grynei nemoris dicatᷣ origo. tum illud Sed nunc Italiam magnã Gryneus Apollo gryneum Strabo Mirineoꝝ oppidum esse ait cum Apollinis phano & oraculo puetusto. CYRRHE-

VS a Cyrrha urbe sub Cyrphin rupem delphicam authore Strabone. quam sane urbem Apollini dicatam docet Lucanus ita cōcinens nec te si pectore uates Accipiam cyrrhea uelim secreta mouentem Sollicitare deum. Propterea Iuuenalis Apollinem signans ait dominū Cyrrhæ. alibi Cyrrhei spicula uatis. PATAREVS a Patara Lyciæ oppido Apollini sacra, ut supra ostendimus in Clarii interpretatione ex Ouidii sententia. id quod Acron & Porphyrio etiam docent oratianum illud exponentes qui Lyciæ tenet dumeta natalemq; siluā Delius & Patareus Apollo. Quæ sane uerba & hoc demonstrant Apollinem LYCIVM a Lycia nominatum. Oratio suffragatur Pompei⁹ Festus. Is enim scribit Lycii Apollinis oraculum in Lycia maximæ claritatis esse. hoc oraculum Maro significans lycias dixit sorteis. Macrobius, quem breuitatis causa missum facio, aliter id nomen interpretatur. Sane Lycium penultima modo correpta Propertius Prouisum est Lycio uota pbante deo. modo producta inuenio. Sta. Ad patrias si quando domos optataq; Pæan tēpla Lycie dabis. AGYIEVS ἀπὸ τῶν ἀγυιῶν hoc est a vicis in quibus ei sacrificia fiebant statutis altarib⁹ ex ipsius dei responso. Oratius Doctor argutæ fidicen thaliæ phœbe. qui Xanthi lauis amne crines dauniæ defende decus camœnæ Leuis agyieu. et si pleriq; id nomē aliter hoc est perperam tam scribunt q̄ prounciāt. A Lydis post finitam pestilentiam LOEMIVS appellatur referente Macrobio. nam λοιμὸς pestem latine sonat. A Pachinum siciliæ promontoriū incolen-

tibus (ut Macrobius idem tradit) LIBYS SINVS immissa hostib⁹peste. & pene cunctis subita morte interceptis. Greci alio nomine VLION uocant idest sanitatis authorem (quemadmodũ idem Macrobius docet. & Strabo) 'απὸ του ουλω. qđ est ualeo. Hinc & ARTEMIS quoq; dicitur ex eo qđ integros faciat. Id.n.apud nos significat 'αρτεμης integrũ scilicet atq; incolumen. LOXIAS teste Macrobio ex sententia Cleantis qđ obliquum pergit iter 'απὸ του λοξευω quod est obliquo. PHANETA 'απο του φαινειν 'επειδη φαίνεται νεος quia sol quotidie renouat se. ut eiusdem Macrobii sunt uerba. NOMIVS 'απὸ της νομης .i. a pascuis nõ quia spoliatus diuinitate propter interfectos Cyclopas pauerit arméta Admeti regis ĩ Thessalia ut fabula canit: Sed quia sol pascit omnia sicuti Macrobio placet. Seruius tamen fabulam sequitur explicans Maronis illud Te quoq; magna Pales & te memorãde canem⁹ Pastor ab Amphryso. ubi Apollinem poeta dubio procul intellegat. Aut Nomius 'απὸ τῶν νόμιων .i. a lege cordarum dicetur. ARGYROTOXVS quod nascens per summum orbis ambitum ueluti quidam orbis figuratur alba & argentea specie. unde radii immedium emicant sagittarũ. ut ad litaram Macrobius tradit. sane Argyrotoxus argéteum arcum apud nos sonat. siquidem 'αργυρος argentum & τόξον arcum significat. CHRYSOCOMVS a fulgore radiorꝶ. qa solis aureæ sunt comæ. huius idem est Macrobius authorr. χρυσος grecis aurum est & κομη coma. ACERSECOMES ꝙ nunq̃ radii possunt a fronte lucis auelli. ut Macrobius idem pergit. Acersecomes

autem (si latine interpretari uelis) intonsum si- gnificat. SMYNTHEVS. Ouidi. Talibus intonsum compellat Smynthea dictis. Idem. Consulitur Smyntheus, nomen hoc a muribus qui σμύνθαι a græcis uocantur Strabone auctore. sicuti Idem a Rhodiis ERETHIBIVS quoniam illos erethi- bia idest rubigine. a Bœotiis PERNOPION dicit. quia illos pernopionibus hoc est culicibus libe- rauit. Quod si Strabonis etymologia tibi non placet lege Macrobium aliter id nomen inter- pretantem. SCIALLIVS ὅτι ταχὺ ἐν σεισμῷ ἀλλοίας ποιεῖ no- bis ab austro currens. quemadmodum ad lite- ram Macrobius inquit. PHILESIVS (ut Idem sequitur) quia lumen eius exoriens amabile ami- cissima ueneratione consalutamus. Sane græcis φιλέω est amo & θεὸς deus. ut sit φιλήσιος amabilis deus. HECEBOLVS & HECATOBOLVS scribente Macrobio radios e longissimo atque altissimo in terram usque demittens. ἑκὰς enim siue ἑκατὴ a lon- ge. & βόλος iactum significat ἀπὸ τοῦ βολέω quod est iacio ac percutio. Homerus. στέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου ἀπόλλωνος. Idem paulo post ἁζόμενος διὸς υἱὸν ἑκηβόλον ἀπόλλωνα. Idem HECATEBELETES nominatur. Hinc illud apud Suetonium. Dum Cæsar cytharam tendit dum cornua Parthus. Noster erit Paean. ille hecatebeletes. DIDYMEVS quod geminam speciem sui numinis præfert illu- minando formandoque lunam. sicuti a Macrobio traditur. Didymeus enim latine (nam & hoc quoque græcum est) geminus ualet interpretari. unde Didymotis geminatio. Apud Strabonem inuenies Apollinem SALENVNTIVM cum oracu-

lo MARMORINVM a Marmario oppido, ubi caryſtiarum columnarum eſt latomia. PHYLLEVM a Phyllo in Theſſalia. LVTHERALVM prope Galydonem. EGIETVM cuius templum in Anaphe inſula. CATAONEM a Cataonibus populis Cappadociæ. CYLLEVM a Cylla loco in agro adrumentino prope Thebam. LARYSSEVM a Laryſſa agri Epheſii in Cayſtriano agro ſita. Inuenies apud Plinium Apollinem SOSIANVM e Seleucia Romam aductū. Apud Liuium Apollinem GERYNTIVM in finibus Eniorum. Apud Diodorum ſiculum TELCHINIVM a Lydis uocari. Apud Strabonem TENEATVM a Teneo plagæ Corinthiæ uico. THILPHOSSIVM a Thilphoſio monte haud longe a Tyreſiæ ſepulchro. LEVCATEN a Leucate pmontorio Epiri ubi ſalt⁹ ad ſedandos amores quo in loco prima Sappho dicit ſe deieciſſe ab excelſa petra ſtimulante cupidine. ACTIVM ab Actio loco Acarnanū ad ſinū ambrariū. Hinc & ludi actii in eius honore, de quibus dic. cō ſtilibus Maro. Actiaq; iliacis celebrabat litora ludis. Idē nec actiū Apollinē ſuo in poemate omiſit. Actius hec cernēs arcū tēdebat Apollo. Et Suetonius au ctor eſt Auguſtū ampliaſſe tēplū uetus Apollinis Actii. Qui. ACTEVM & LEVCADIVM uocat ingēs Phoebus ab excelſo quantū patet aſpicit æquor, Acteum populi Leucadiūq; uocaut. Idē THEMISTES cognominatur a Themi dea fatidica, qua cum authore Strabone ſimulachra comparare decreuit, etſi quidam Themeniten non Themiten uocant ex Cicerone ac Suetonio. Apud quos Themenites uidelicet tetraſyllabon legat

tur Apollo amplitudinis quidem & artis eximię e Syracusis Romam aduectus. Pompeius Festus auctor est Apollinem APERCAM dici. quoniam patente cortina responsa pbebat. Suetonius tranquillus docet Romę Apollinem et TORTOREM nomine fuisse cultum. Claudianus græcos imitatus. PHAETONTEM pro sole posuit dicens Quo phæton irrorat equos. fecit idem Silius Italicus Primoq; nouo Phætonte retecti Seres lanigeris repetebāt uellera lucis: & Martialis Iam prono Phætonte sudat Aethon: Exarsitq; dies. Scythæ Apollinem OETOSYRVM uocāt teste Herodoto. Persæ MYRRHAM ut Strabo testat. Assyrii ADAD. hoc est unum tradente Macrobio. Phœnices: HELIOGABALVM ut scribit Iulius capitolinus. Apud Aegyptios auctore Macrobio Apollo uocatur HORVS. ex quo & horæ. xxiiii. quibus dies & nox conficitur nomen habent.

DE BACCHI NOMINIBVS

BACCHI nomen a bacchis mulieribus quę illum sectabantur ortum fuit. ut Diodorus siculus & Eusebius de præpara. euange. scribunt. nomen gręcis & latinis cōmune. Illis. n. βακχος dicitur. Vnde βακχικος idest Bacchicus quo & nos utimur nomine. Sed non solū hunc Bacchum Poetæ uocant uerum etiam Bromiumq;: Lyeumq;: Ignigenamq;: Satumq; iterū: Solūq; Bimatrem. Additur his Nyseus: indetonsusq; Thyoneus. Et cum Leneo: genialis cōsitor vuæ. Nyctelius. Eleleusq; parens. & Iacchus. & Euan ut canit Oui-

dius. BROMIVM dixere ἀπὸ τοῦ βρόμου hoc est ab ignis sonitu: qui in eius ortu contigit Eusebio & Diodoro auctoribus. LYEVM ἀπὸ του λύειν hoc est a soluendo quod curis soluat. Baccho enim idest vino tristitiæ cura hebetatur. ut inquit Plinius. Et Nasonis illud notum est Cura fugit multo diluiturq; mero. Vergilius Lyeum pro lyeio posuit dicens laticemq; lyeum. IGNIGENAM. quod ex igne uidelicet fulminis natus sit. Sed hoc nostrum est nomen. Græci Pyrogenen dicunt eadẽ causa. siquidem πῦρ ignis est & γένος genus. SATVMITERVM. primum in uentre semeles. deinde in femore Iouis. ut fabulæ ferunt. Propterea græcis DITHYRAMBVS appellatur quod per duas ianuas exierit vterum Semeles & Iouis femur. δὶς enim bis & θύρα portam significat. BIMATREM. quod duas matres Semelem & Iouem habuerit. NYSEVM a Nysa antro inter Phœniciam & Arabiam ubi fuit educatus sicuti scribit Diodorus e sententia Homeri. Diodoro suffragatur Strabo. Quidam tamen tantorum virorum maiestate cõtempta Nyseũ a Nysa Cytheronis uertice in Boeotia dictũ malunt. THYONEVM a Semele quæ Thyone etiam dicta fuit. ut Porphyrioni & Lactantio Papinii interpreti placet. Quidam ἀπὸ του θύω idest impetum facio. quod sit proprium temulentorum Thyoneum dici asserunt. LENEVM ἀπὸ του λήνου idest torculari. ut ostẽdit Diodorus. nam Donatus ab eo quod mentem leniat dici uoluit. quod teste Seruio non procedit. quia græcum nomen latinam etymologiam non recipiat. Vergilius leneum pro leneio posuit ut supra lyeum pro lyeio. sic. n. ait

Gens epulata thoris leneũ libat honorem. CONSITOREM VVAE. siquidem uitem & uini usum adinuenit ut Eusebius de præpa. euang. & Diodorus siculus memoriæ tradiderũt. NYCTELIVM quasi noctu celebratum. Vergil. Nocturnusq; uocat clamore Cytheron. νὺξ enim noctem significat. cuius genitiuus est νυκτὸς. unde Nyctelia Bacchi sacra. quę populus Romanus exclusit (ut Seruius ait) causa turpitudinis. ELELEVM. ἀπὸ τοῦ ἐλελεῦ hortãtis aduerbio. qua uoce ad orgia celebranda conferendamq; pugnam utebantur IACCHVS ἀπὸ τοῦ ἰακχέω quod est clamo. Bacchanalia enim noctu accensis facibus vino strepituq; attoniti faciebant. ut scribit Liuius. EVANTEM. a uoce Bacchantium. Statius Et tu Bassaridum rotator Euan. Et Pæan & euantiæ sorores. Vergilius mulieres phrygias quę baccharentur euantes dixit Illa chorum simulans euantes orgia circum ducebat phrygias. Prętcrea uocatur EVHYIVS. Oratius Dissipat Euhyius curas edaces. latine bonus filius. εὖ namq; bene & υἱὸς filium significat. Accepit autem id cognomen quia Ioue pugnante contra gigantes Bacchus in Leonem conuersus primus gigantem interemit. ꝓpter qđ eum Iupiter blande affatus est Euhyie dicẽs hoc est bone fili. ut scribit Acron Oratii ĩterpres BRYSEVS specie qdem barbata ac senili. ut ille, quem græci iidem Pæana uocitant. quemadmodũ a Macrobio traditur. Sunt qui Bryseum ἀπὸ τοῦ βρύειν quod est inundare & madefacere. Alii a Brysa urbe Laconiæ ubi colebatur dictum uelint. Persius principale posuit pro deriuatiuo Est nunc

bryſei quem uenoſus liber Acci? pro bryſeii ut Vergilius laticem lyeum & honorem leneum ꝑ lyeio & leneio. BASSAREVS apud Oratium Non ego te candide Baſſareu inuitum quatiam. Ibi interpres Acron ſcribit Baſſareum dici a Baſſari baccharum ueſte demiſſa uſq; ad pedes. Vnde & ipſæ Bacchæ baſſarides appellantur. Nonnulli baſſareum ἀπὸ του βαζω: quod eſt clamo propter bacchantium clamorem deducunt. OREVS a montibus auctore Feſto in quibus ei ſacra fieri ſolebant. ὄρος enim græce mons eſt. TRIAMVVS. vnde triumphus denominatur authore Varrone. Grecis tamen θριαμβευτης triũphator & θρίαμβος triumphus dicitur. niſi hoc etiam ideſt θρίαμβος ſeruiat deo. ſcribit Diodorus Bacchum uocari triumphatorem quia primus omnium de Indis triumpharit. MITROPHOROS a mitra qua ſi quando ex potu agitaretur caput alligabat. ut apud eundem eſt Diodorum. DIONYSIVS ἀπὸ του διου ideſt diuo: & νυσης, i. nyſa ubi fuit educatus ut ſupra diximus in Nyſei enarratione. Macrobius Bacchũ Solem eſſe diſputans alias affert huiuſce nominis interp̃tationes. Apud Auſo. gallum ita loqtur hic deus Ogygæ me Bacchum nominãt. Oſyrim Aegyptus putat. Myſtæ Phanacem nominant. Dionyſium Indi exiſtimant. Romana ſacra Liberũ. Arabica gens Adoneum. Lucaniacus Pantheum. LIBER appellaẽ a liberãdo ꝙ mares in coeũdo p ei⁹ beneficiũ emiſſis ſeminibus liberenẽ. ut Auguſtinus. uel ꝙ vinũ aĩos a curis liberet uti Seneca ſcribit. Seruius ẽt liberũ a libertate dici auctor eſt. Plutarchus tradit Bacchum a ue-

teribus liberum dictum. quia pro Boeotiæ libertate pugnauit. cui fauere Diodorus uidetur. Is. n. scribit Bacchum in Boeotia iussisse in patriæ gratiam omnes urbes liberas esse. ciuitate sui nominis condita quam & Liberam pronũciauit. Ouidius AONIVM DEVM Bacchum uocauit nimirũ ab Aonia. i. Boeotia ubi Thebæ Bacchi patria. Ouidii uersus est Fertur ut aonio cõcita baccha deo. Neapolitani in Campania Bacchum celebrãt EBONA nomine. ut Macrobius docet. Thraces SEBADIVM eiusdem Macrobii testimonio appellant.

MERCVRII COGNOMINA

Christianorum Aristoteles Augustinus i libris quos fecit de ciuitate cælesti ita scribit ab literã Mercurius sermo est. nam ideo MERCVRIVS q̃si medius currens dicitur ꝙ sermo inter homines currat. Seruius honoratus Mercurium quia mercibus præest appellatum ait. hic HERMES dictus est quia sermo uel interpretatio quæ ad sermonem pertinet hermenia dicitur ut inquit Augustinus. Est. n. ſm Mithicos nuncius & interpres deorum. Vnde ad eum Oratius Te canam magni Iouis & deorum nũcium. & ipse apud Oui. Ego sum qui iussa per auras Verba patris porto. pater est mihi Iupiter ipse. Seruius (qđ ad hanc rem facit) Mercurium ethrusca lingua CAMILLVM q̃si ministrum uocari auctor est ARGIPHONTES nominatur quoniam argum centoculum q Iunonis iussu Io Inachi filiam cõuersam in uac-

cam custodiebat morti dedit ἀπὸ τοῦ ἄργου & φονεύω interficio. Nec ignoro Mercurium a Macrobio disceptante solem esse aliam dari huic nomini etymologiam. CADVCIFER quasi caduceum ferens. Ouidi. Hinc se sustulerat paribus caducifer alis CYLLENIVS ut vult Festus quod omnem rem sermo sine manibus conficiat. quibus q carent κύλλοι, hoc est mutilati uocant. Ideoq; Quadratum eum fingunt. Alii uolunt (ut Festus idem ait) quod in Cyllenia sit nutritus. Alii quod in Cyllene Archadiæ monte sit natus. dicente Vergilio Vobis Mercurius pater est: quem candida Maia Cyllenæ gelido conceptum uertice fudit. ATLANTIADES ab Atlante materno auo. Ouidius Sedit Atlantiades. MAIVGENA a Maia matre Atlantis filia. Martianus capella licet in Maiugenæ officium properare uideretur. Idem respondit ipse Maiugena. DEVS ALES propter talaria quæ habet. de hoc obscœni auctor operis loquitur Sub tunica uirga numdeus ales habet? DEVS ALIPES. Oui. Alipedis de stirpe dei. uersuta propago. TEGEATICVS a Tegea oppido Archadiæ. Sta. Et de Mænalia uolucer tegeaticus umbra. Idē Nūciat e celsis ales Thegeaticus astris. Item TEGEEVS. Statius Tu quoq; muta feræ uolucer Tegeæe sonoræ. Clau. Atlātis Tegeæ nepos cōmune pfundis Et superis numen. ARCAS. Statius Vocalis cytharæ repertor arcas. Martialis Cum quibus Alcides & pius Arcas erat. Auso. petasoq; ditis Arcados uect⁹ uola. ubi Mercuriū diuitem dixit quia diuitiis præest. docet hoc Ausonius ipse alibi dum Occasionem facit ita lo-

quentem Mercurius quæ fortunare ſolet trado ego cum uolui. Idem oſtendit Oratius inquiens nihil amplius oro Maia nate niſi ut propria hęc mihi munera faxis. Aegyptii & Galli TEVTATEM uocant quoꝗ Galli humano ſanguine illi ſacrificabant. Lucanus Equibus inuitis placatur ſanguine diro Teutates horrenſq; feris altaribus Hæſus. Sunt qui Mercurium TRIMEGISTRVM eſſe pro explorato habeāt virum immo heroem ſumma ſcientia & uirtute. quem Lactant ius prophetis sibyllisq; adnumerat. ut non iniuria dictus fuerit Trimegiſtrus hoc eſt ter maximus. quod philoſophus maximus : ſacerdos maximus : rex maximus uixerit.

DE COGNOMINIBVS MINERVAE.

¶ MINERVAM Cicero uel a minuēdo uel a minando dictam oſtendit. eſt. n. Dea tam literarum ꝙ belli. illa minuit uires corporis ſtudio ut dignus uenias hederis & imagine macra. hæc prœlia & cædes minatur. vnde & BELLONAM cognominarunt. Ouidi. Pollutoſq; ſimul multo bellona penates Sanguine perfudit. renouataq; prœlia miſcet. Idem Bellica Pallas adeſt. Idem Bellatricemq; Mineruam cum Ioue diiſq; uocāt Auſo. Præſes Tritonia bellis. forſitan hinc natū. quia bellum ipſa inuenit. ſi credimus. M. T. Ciceroni. Martianus capella clypeū & haſtam (utrūq; n. gerit) Palladi datum eſſe ſcribit. Sapientia quod regat orbem. Vel ratiōis opem ꝙ ſpumea prœlia poſcant. Haſta etiam uibrans penetrabi

le monstrat acumen. Idem caput meduseum qd Minerua in medio ægide portat homines in saxa conuertens hoc dicit significare Quod pauidum stupidet sapiens solertia vulgus. Est. n. Minerua non solum belli uerum etiam (ut innuimus) sapientiæ dea. Propterea fingitur ex Iouis capite nata. Scio alias huiusce figmenti rationes afferri. quas aliis explicandas relinquo. Nos nostrum institutum deorum cognomina recesendi sequamur. eo prius relato quod Porphyrio scribit uires absq; prudentia non modo uanas esse sed sibi aduersari. Icciroo Mineruã bellorũ deam & prudentiæ dictam. Minerua igitur (ut etiam lippis & tonsorib⁹ notum est) PALLAS uocatur ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ idest ab hastæ concussione. uel q̄ Pallantem gigantem occiderit. ut Seruius uel q̄a nata est in Pallante palude ut Festus enarrat. Verg. Aegidaq; horrificam turbatæ Palladis arma certatim squamis serpentum auroq; poliibant Connexosq; angueis ipsamq; in pectore diuæ Gorgona desecto uertentem lumina collo. TRITONIA & TRITONIS. Verg. Iam summas arceis Tritonia, respice, Pallas Insedit. etiam sine Palladis adiectiõe. ut Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Idem Effugiunt sæuæq; petũt Tritonidis arcem. Item TRITOGENIA. Festus Tritogenia inquit Minerua a ripa Tritonis fluminis dicta, ubi primo sit uisa. Lactantius siue Lutatius Papinii interpres & Pomponius Mela fluuium hunc libyæ ascribunt. Diodorus siculus cretæ. Eusebius chronicus lacum uocat: ubi regnante Argis Phoroneo uirgo apparuerit. quam Græ

ci Mineruam appellant. Catullus haud rapidi Triconis hera dixit de Pallade loquens. Ouidius urbem Tritonida athenas significans. namque Athenæ Palladis urbs est. Vnde illud, Pallas cecropias tuetur arceis. hoc & nomen ipm ostendit. siquidem Athenæ a Pallade nominatæ fuerunt quæ græcis modo ἀθῆναι modo ἀθήνη dicitur. Vnde apud nos Statius Acteam uirginem dixit Palladem notans Monstrabunt acres Mauors acteaque uirgo. Eisdem græcis GLAVCOPIS uocatur. quod Minerua. i. aer glauco sit aspectu ut ait Diodorus. Sed diuus Augustinus Mineruã ætheris non aeris partem sublimiorem habere ait. & hac occasione poetas fingere q̃ Iouis capite nata sit. Sane Glaucopis noctuæ uisus latine interpretatur. γλαὺξ enim noctuam & ὄψις uisum significat. Glaucopis ergo ab oculis noctuarum Pallas dicta. quæ oculos habeat glaucos. i. cesios q̃si cælicos a colore cæli. etsi Eusebius hanc nominis interpretationem deridet. Obscœni auctor operis dixit Minerua flauo lumine, venus peto. ITONIA a loco sic appellata ut Festi codices habent. locum Strabo reddit Itonem scilicet montem extatem super Amphrysum flumen in Thessalia. OPERARIA ꝑpter plurima quæ inuenit ad uaria opificia instrumenta ut Diodorus siculus perhibet. græce ἐργάνη ἀπὸ τοῦ ἐργάζομαι quod est operor. Apud Strabonem legitur Pallas IONIA. NEDVSIA. LYNDIA. CYRISTIS. SCILLVTIA. ELAEA. SCYRAS. & POLIAS idest urbana. Herodotus meminit de Minerua ASSESIA. a Laconibus auctore Suida CHALCIOECA uocabatur. qd

χαλκουν οἶκον ideſt aeream ædem adepta ſit. uel ꝙ a Calcidenſibus eius ædes fuerit ædificata. Chalciocæ Plutarchus etiã meminit. Propertius Mineruam CAEAM cognominauit inquiens Eurypiliq́ʒ placet caeae texura Mineruæ. propter Cæam ueſtem ƌ quã alibi Et tenues cæa ueſta mouere ſinus. Fuit. n. Minerua multarum artium & imprimis texturæ dea. ſiue cæam dixit quod ĩ Cæa inſula coleretur. a Martiale uocata eſt MEDVSEA propter Meduſæ caput quod ægide (ut ſupra diximus) ferebat. Martialis carmen eſt Accipe belligeræ crudũ thoraca Mineruæ. Ipſa meduſeæ quo tumet ira deæ. a Martiano capella VIRAGO quia uiroꝝ conſultis proſit. Ouidius uero dixit belli metuenda uirago. Statius virginem paternam uocat dum ait annuat illa uirgo paterna tibi. Ennius DAEDALAM a uarietate artificioꝝ cum Græci δαιδάλειν uariare ſignificent ut Feſtus refert. Conſueuerunt Mineruam in portis urbium pingere. Propterea PYLETIS uocata eſt græcis ἀπὸ τῆς πύλης hoc eſt a porta. Porphyrio Oratii interpres Mineruam tradit cum Marte certaſſe eoq́ʒ uicto appellatam NERINEN forſitan quia nero Sabina lingua fortem ſignificat Suetonio & Gellio auctoribus.

DE VENERIS COGNOMINIBVS

¶ VENEREM noſtri nominauere quod ad res omneis ueniret ut ſcribit Cicero. uel quod ꝑ eam omnia ueniãt. i. oriant. Venerem. n. gignendi vim uocant. Vnde Lucretius naturam rerum

ſcribere aggreſſus Veneris auxilium implorat. Huius quoq; plura ſunt cognomina DIONE uel DIONEA a Dione matre ſm Homerum. Auſo. Aut reſtingue ignem quo torreor alma Dione. Sta. Cedat equus, latiæ qui contra templa Diones. Vergilius. Sacra Dioneæ matri diuiſq; ferebam APHRODITE atq; APHROGENIA quoniam e ſpuma genita fuit quæ a græcis ἀφρὸς appellatur. Saturnus enim (ut Heſiodus meminit) uirilia cælo amputauit: quæ in mare lapſa ſpumam fecerunt unde Venus dicitur procreata. utrumq; nomen apud ipſum Heſiodum inq̃ latinitate Donatum ſic legitur unico uerſu Nunc Aphrodite, nūc dicitur Aphrogenia. Sunt & qui diuam merito PHILOMEDEA dicunt (ut idem ait) Quod dea teſticulis quoniam ſit nata marinis. nam φίλος amicus & μήδεα genitalia uel pudēda ſūt. CYPRIS Auſonius Emerſam pelagi nuper genitalib⁹ vndis Cyprin apellei cerne laboris opus. & alibi Idem Vera venus fictam cum uidit cyprida dixit. CYPRIA Feſtus Cypria inquit Venus dicta eſt ꝙ ei primum in Cypro inſula templum ſit conſtitutum. Tibul. Et faueas concha Cypria uecta tua CYPROGENIA. Heſiodus quod ſata ſit Cypri dea Cyprogenia uocatur. Cypris (ut Heſiodus ſecum & cum Feſto concordet) equidem expono in mari Cyprio ſiue cytheriaco. quia mater amoris Nuda cytheriacis edita fertur aquis. ex quo concha uecta Cyprū ſiue (ut Feſtus) Cytheram appulit. Propterea eius ſimulachrum concham gerebat. & a poetis conchæ veneræ dictæ Martialis Leuior o conchis galle cytheriacis.

Propertius Et uenit e rubro concha erycina ma-ri. Eadem CYTHEREA cognominatur Vergi. Par-ce metu Cytherea. ab vrbe Cythera: in qua pri-mum deuecta esse dicitur auctore Festo & Hesio-do: q ait Cythercam dictam quod admotis pri-us appulit orta Cytheris. Tortelius Cytheram dicit esse vrbem Cypri. Strabo & Plinius Insu-lam cum urbe. Sic & Pomponius Mela & Ser-uius insulam esse aiunt. Strabo etiam in numero multitudinis hæc Cythera, ut Hesiodus ac Ver-gilius qui ait Super alta Cythera Aut super Ida-lium sacrata sede recõdam. Item CYTHAEREIA pẽtasyllabon. Oui. Exigit indiciis meritam Cy-thereia pœnam. Item CYTERE. Auso. Nec bis cin-cta Diana placet nec nuda Cythere. Item CYTHE-RIS. Oui. Mercurio puerũ diuaq; Cytheride na-tum. Nominatur & PAPHIA ac CNIDIA. a Papho Cypri teste Seruio & Cnido urbe Cariæ ut Stra-bo ait. Ora. O venus regina Cnidi Paphiq; sper-ne dilectam Cypron. Vergil. de venere loquens Ipsa Paphum sublimis adit. Sedesq; reuisit læta suas. Marti. Ne uioles teneras præduro dente columbas Tradita si Cnidiæ sũt tibi sacra deæ. IDALIA. Vergilius Tunc uicina astris eryci-no in uertice sedes Fundatur Veneri. dicta ab Idalio siue Idalia Cypri nemore de quo Vergi-lius quod paulo ante citaui Aut super Idalium sacrata sede recondam. & mox fotum gremio dea tollit i altos Idaliæ lucos. ACIDALIA Vergi-lius At memor ille Matris Acidaliæ. ab Acida-lio fonte in Orchomeno ciuitate Boeotiæ ubi se gratiæ lauant teste Seruio ERICINA ab Eryce Si-

ciliæ monte ubi ei⁹ templum fuit. docet Oui. ita scribens Est prope collinam templum uenerabile portam. Apposuit tẽplo nomina celsus Eryx. de templo Vergilius. Tum uicina astris erycino in uertice sedes fundatur Veneri. de Erycina Oratius Siue tu mauis Erycinia ridens Quã iocus circũ uolat & Cupido. CLVACINA quæ Rome signa habuit illic ubi Romani & Sabini pacificati fuere depositis armis cum pp raptas uirgines dimicare uoluissent. Dicta a cluendo hoc est pugñado ut scribit Plinius. MYRTEA quæ postea murtia dicta fuit Plinii tẽpore ut ipse ait. nomen Myrteæ a myrto cadit. quæ arbor Veneri sacra est auctore Seruio. Propterea Vergilius myrtos paphias ait. VERTICORDIA cuius simulachrum ut Rome consecraretur Sulpitia Seruii Paterculi filia. Q. Fuluii Flacci uxor censuit, quo facilius uirginum mulierumq; mens a libidine ad pudicitiam conuerteretur. ut a Valerio maximo traditur. De uerticordia meminit & Priscianus scribens verticordiam a uertendo æque ac vertũnũ dici. Meminit etiam Iulius obsequẽs dum refert ædem Veneri Verticordiæ factam quando tres uno tempore uestales virgines nobilissimæ cum aliquot equitibus romanis incesti subierunt poenas LYBENTINA seu LIBITINA utrumq; .n. dicitur a libendo ut vult Varro. & Cicero quoq; demonstrat scribens Cupidinis & voluptatis & libentinæ Veneris uocabula uitiosarum rerũ neq; naturalium esse. Rome (ut Plutarchs est auctor) in æde Veneris Libentinæ ea quæ pertinent ad sepulturam ex Numæ Pompilii cõmentis uen-

dere atq; emere consueuerunt. quod illa principium & finem vitæ in potestate habeat. quippe ingredientibus vitam uel decedétibus præsidés. Esse autem Libitinam Venerem & hoc ostendit. quod Delphis EPITYMBIAE Veneris statua cernitur ad quam Manes & libationes eliciant. ut Plutarchus ait. Epitymbia latine supra sepulchrum sonat ἀπὸ τοῦ ἐπὶ. q; é supra & τύμβου sepulchrũ. Libitinam dixit Oratius Non omnis moriar multaq; pars mei uitabit libitiná. et si Acron libitinam exponit lectum quo mortui efferuntur alibi uero locum. dum exponit illud eiusdé poetæ Autumnusq; grauis libitinæ quæstus acerbæ. CALVA Rome propter tormenta quæ capta a Gallis urbe Romani in Capitolio obsessi ex foeminarum capillis egerunt teste Lactantio firmiano. VENVS ARMATA Lacedamone ex euentu quo Lacedemonii bello quod gerebant contra Messenios armati cum uxoribus coiuerunt. ex quib⁹ sunt Parthenii nati ut scribit Lactátius idem. Ad hanc Venerem puto refertur illud Ausonii galli Armatam Venerem uidit Lacedemone Pallas. SYRA a Syris apud quos morata est tradente Diodoro MYLITTA ab Assyriis. ab Arabib⁹ ALITTA a Persis MITRA nominatur teste Herodoto. Apud Strabonem memoratur Venus PYRENEA Venus COLIAS. Venus APATVRIA. Venus ACRAEA cum templo mirabili. Est inuenire venerem ISTHMIAM apud Papinium ita dicentem Quisquis collibus isthmiæ Diones. a græcis etiam EROTROPHOS nũcupatur. ἔρος namq; amor & τροφὸς nutrix est.

DE DIANAE NOMINIBVS

¶DIANA dicta est (ut scribit Cicero) quasi diem noctu efficiat ßm eos qui dicũt Lunam esse Propterea appellari NOCTILVCAM quod sola noctu lucet ut ait Varro. Oratius Rite crescẽtem face Noctilucam. PROSERPINAM sub terris ut idẽ ait Varro quod sub terris serpens modo in dextram modo in sinistram partem proserpat. Item IVNONEM LVCINAM a iuuãdo & luce quam dat partui. a quo parientes eam inuocãt. Terentiana Glycerium Iuno Lucina fer opem. serua me obsecro. Vergil. Casta faue Lucina. tuus iam regnat Apollo. Oui. Gratia Lucinæ. dedit hæc tibi nomina lucus. Aut qa Principium tu dea lucis habes. Parce precor grauidis facilis Lucina puellis Maturumq utero molliter aufer onus. ad eam Catullus Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis. A græcis εἰλείθυια hoc est ILITHYIA nominatur. q̃ tamen & nostri dictione ut aliis plerisq utantur. Oui. Tunc cum matura uocabis Præpositam timidis parientibus Ilithyiam. Orat. Rite maturos aperire partus Lenis Ilithyia tuere matres. Siue tu Lucina pbas uocari seu genialis. Eadem DEA MONTIVM Ora. Montium custos nemorumq uirgo Quæ laborantes utero puellas Ter uocata audis adimisq leto Diua triformis. Item DEA VENATIONIS Verg. Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros. quam mille sequutæ Hinc atq hinc glomerãtur Oreades. illa pharetram fert humero. gradiẽsq deas supereminet omneis. Ouid. Phœbe uenati-

bus adsit. Iuue. Per calamos uenatricis pharetrãq; Dianæ. Vnde PHARETRATA dicta est ab Oui. Cæde pharetratæ spargitur ara deæ. hoc & Dictynnæ nomen demonstrat. namq; a retibus ad uenandum compertis quæ a græcis uocantur δίκτυα DICTYNNA est cognominata. Tibul. Perq; suas impune sinit Dictynna sagittas Affirmes. est & Diana FONTIVM DEA ut Catullus in carmine ad eam canit qđ legas DEA VIARVM auctore Festo. vnde & uirginem esse uoluerũt. qđ uia nihil pariat. sicut scribit Augustinus. hæc TRIVIA dicta. qm̃ in triuiis colebaẗ auctore Varrone. Verg. Iam subeunt Triuiæ lucos atq; aurea tecta. Mart. Nec Triuiæ templo molles Laudentur honores Propterea treis facies habere ficta est. Verg. Tria uirginis ora Dianæ. Clau. Ecce procul ternis hecate uariata figuris Auso. Tergemina est hecate. tria uirginis ora Dianæ. Oui. Ora uides hecates in treis uergentia parteis seruet ut ĩ ternas compita secta uias. Nam Diana HECATE nominatur quod hecaton idest cẽtum habeat potestates: uti Seruius atq; Eusebius tradunt: propter uarias corporis figuras: quas Luna a Solis distantia sumere uidetur. OMNIVAGA. non a uenando Diana etiam dicitur Sed quod in septem numeratur tamq; uagantibus. ut uerba sunt Ciceronis. PHOEBE nomen habet. Clau. Qui uariam phœben alieno iusserit igne Compleri Solemq; suo. a lucendo. nam φοίβη lucidam græce significat. uocatur & DELIA a Delo insula ubi cum Phœbo una est orta. Ouidius Iam mihi prima dea est arcu præsignis adunco De-

lia. CYNTHIA a Cyntho Deli monte. ut Cynthius Apollo ei⁹ frater. Oui. I procul hinc dixit Sacros nec pollue fontes Cynthia LATONIA a Latona matre. Vergi. Astrorum decus & nemorum Latonia custos. Catul. O Latonia maximi Magna progenies Iouis. TITANIA uel (ut Varro scribit) TITANIS ꝟm eos q dicunt illam ex uno Titanum hoc ē Hyperione natam. Oui. Dumq; ibi perluit calida Titania lympha. Græce ARTEMIS nominat Vnde Artemisiũ. i. Dianium templum Dianæ ephesiæ in hispania frequenti religione cultũ. quo Sertorius ad res maximas usus est receptaculo ut Strabo literis tradidit. Silius Italicus deam hãc THOANTEAM uocat a Thoante arbitor qui eius templo in Taurica Scythiæ regiõe præfuit. Silii carmen est Mille Thoanteæ sedes fascellina diuæ. Videtur autem Ouidium imitatus. nam is ante illũ dixerat Quiq; Thoanteæ taurica sacra deæ. Silii uerba ꝺ fascellina sede me admonet ut his adnectam ea quæ tradit Seruius enarrans illud vergilianum Sanguine placastis uẽtos & virgine cæsa. Is enim ait Iphigeniam cum Oreste fratre & Pylade una occiso Thoante rapuisse simulachrum Dianæ Tauricæ abscõditum fasce lignorum. Vnde & FASCELIS dicitur & in Italiam Ariciam detulisse. ibi cum templo nemus deæ dicatum. de quo Statius Fumat Aricinum Triuiæ nemus. sane deam hanc Lucanus propter Iphigeniam Agamemnonis filiam cui patria Mycenæ fuerit MYCENEAM uocauit dicens Parua myceneæ quantum sacrata Dianæ Distat ab excelsa nemoralis Aricia ROMA.

Ouidius ab Oreste ORESTEAM Sacraq; Oresteæ genitu questuq; Dianæ. Quinetiá AVENTINA dicitur seu AVENTINENSIS a mõte Auentino. Mar. Laudat Auentinæ uicinus sura Dianæ. Valerius maxi. Quisquis Auentinensi Dianæ immolasset. Cretes Dianam colebant. quam sua lingua BRITOMARTEM hoc est dulcem uirginem appellabant auctore Solino. nec ignoro Diodoꝝ siculũ q̃uis cõsimilia aliter tamen scribere. Apud Strabonẽ est Diana AETHRVA. CINDIAS. COLOENA. ELDEA. ASTYRIA. OLYMPIA. SARPEDONIA. ALPHEONIA. BRAVRONIA. ELAPHIA idest ceruaria. DAPHNIA. i. laurea. LEVCOPHRYENA cui⁹ phanu; (ut ait) magnitudine & mľtitudine reꝝ ab ephesio superatur. artificio & structuræ concinnitate longe præstat. Apud Diodorum Diana CRESIA. Diana TAVROPOLIA. Diana PERSIA a locis circa quæ uersata est. Apud Lampridiũ legit Diana LAODICEA. Apud Solinũ PTERANNEA & SVSIA. Apud Macrobium non solum ꝑ Dianæ comite sed ꝑ ipsa etiam dea. Apud Ouidium Arethusa eandem ORTYGIAM uocari significat.

DE PROSERPINA

PROSERPINAM mythici. i. fabulosi scriptores Iouis ex Cerere sorore filiam esse dixerunt a Plutone inferoru; deo raptam & a matre quæsitam. M. Varro referente Augustino Proserpinam fœcũditatem seminum esse ait. quæ quondam cũ tẽpore defuisset & terra sterilitate mœreret exortam esse opinionem quod Cereris filiam

hoc est foecunditatem quæ a proserpendo Pro-
serpina dicta ē Orcus abstulerat & apud inferos
detineret. Quæ res cum fuisset publico luctu cele
brata qa rursus eadem foecunditas rediit Proser
pina reddita lętitiam exortam esse. atq; ex hoc ei
solennia instituta. a græcis PERSEPHONE nomi-
natur sed quo & latini utantur. Propert. Hæc tua
Persephone maneat clementia. nec tu Persepho-
nes coniux sæuior esse uelis. Tibul. At mihi Per-
sephone nigram denunciat horam. Item PERSE-
PHONEA. Hesiodus. prædoni qua Persephonea
marito Iungitur. Apud Eusebiū de Præp. euang.
si codices mendosi non sunt PHAREPHARTE. In
græco lexico PERSEPHASA legit Proserpina gre-
cis dicta. Item βριμώ idest BRIMO. & DIOIS a ma-
tre Cerere quæ sane a græcis δηώ. i. Dio cognomi
natur. Auso. Virgineas inter choreas Dioida ra-
ptam substulit emersus stygiis fornacib⁹ Orcus.
Oui. Mnemosynen pastor. uarius Dioida serpēs
etsi vulgo aliter lectitatur. AZESIA. unde prouer-
bium apud græcos Ἀμαία τὴν ἀζησίαν μετῆλθεν Amæa
ad Azesiam accessit. de re diu quæsita. Amaea. n.
hoc est Ceres diu Proserpinam toto terraꝝ orbe
quæsiuit. a Latinis LIBERA nominat teste Tullio
in Verrinis. Dea hæc Cyzicenoꝝ fuit cuȝ eorum
insulam fortunarit tradente Stephano. hinc in
opere obscoeno illud Raptam Cyzicos ostreosa
diuam. etsi antea secus legebat. hæc Locris tem-
plum q̄ ditissimū habuit LOCRENSIS dicta. Tem
plum a Pyrrho Epirotaꝝ rege sed non impune
spoliatum. de quo Valerius maxi. & Lactantius
firmian⁹. A poetis nostris modo IVNO INFERNA

Vergi. Iunoni infernæ dictus sacer. modo IVNO INFERA. Sta. Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno. modo IVNO PROFVNDA. Clau. Caligãtesq; pfũdę Iunonis thalamos. modo AVERNA. Silius italicus. Has inter formas coniux Iunonis Auernæ. modo DITIS DOMINA. Vergi. Hi dominam ditis thalamo deducere adorti.

DE MARTIS COGNOMINIBVS.

MARS dictus est ab eo qđ maribus in bello præest. aut qđ a Sabinis accept° ibi est MAMERS scribit hoc vir doctissimus vndecunq; Varro ad literam. ad Martem pulchre Oui. Belli ce depositis clypeo paulisper & hasta Mars ades. & nitidas casside solue comas. Idem MAVORS appellatur qa magna uertit. si credimus Tullio literaru; latinarų parenti. Vtrũq; nomen Mars & Mauors in opere obscœno Ense potens Mars est. & alibi Nec Mauors illum per quem ualet oculit ensem. Item MARSPITER. de quo Macrobius & Priscianus. GRADIVVS. a gradiendo in bello ultro citroq; uel ab hastę uibratione. quod Græci dicũt κραδαίνειν. uel potius qa gramine ortus fuerit. qđ ideo fictum quia i rei militari corona graminea maximæ est uenerationis auctore Festo. Vergili. Gradiuumq; patrem geticis qui præsidet aruis. Martem. n. Getæ Thracesq; religiosius coluere. quoniam ea natio bellicosa semper fuit. Auso. Mars nullo de patre satus: quem thressa colit gens. Ide; bella horrida Martis Odrysii. i. thracii ab Odrysarum gente Thraciæ. de qua Plini

us. Rome MARTIS VLTORIS templum fuit cum foro quod Cæſar Auguſtus bello philippẽſi pro paterna ultione ſuſcepto uouerat. ut ſcribit Suetonius. Ad hoc refertur Martialis illud Vltoris prima Martis ĩ æde ſedet. Eſt inter nomina Martis ENYALIVS Macrobio referente. Aciani hiſpaniæ populi ſimulachrũ Martis radiis ornatum colunt NECYN uocantes. ut idem tradit.

DE VVLCANI NOMINIBVS

¶ VVLCANVM Seruius honoratus a uolando dictum auctor eſt quaſi uolicanum. quod ignis per aerem uolet. Ignis. n. ait e nubibus naſcit̃. Vnde & Homerus eum dixit de cælo. i. aere præcipitatum in terras. q̃d omne fulmen de aere cadit. & hoc phyſice. Homerus mythice eum ex Ioue & Iunone. Heſiodus e ſola Iunone uti Mineruam e ſolo Ioue natum ait. unde ἀπάτωρ hoc eſt ſine patre a Theocrito nominatur. Ouidi. noſter IVNONIGENAM appellauit dicens Iunonigenæq; marito Furta thori. furtiq; locũ monſtrauit. Vulcanum ſuo ſic in poemate poſuit Iuuenalis ſiccato nectare tergens Bracchia Vulcanus liparea nigra taberna. hic Mulciber. hic Ignipotens. hic Lemnius uocitat̃ MVLCIBER. Oui. Mulciber in Troiam. pro Troia ſtabat Apollo. dictus a mulcendo ferro. mulcere. n. lenire eſt ſeu mollire. ut tradit Feſtus. IGNIPOTENS qa ignis eſt (ut ait Seruius) exponens illud vergilianum haud ſecus ignipotens. Sacerdotes Aegyptii Vulcanũ ignis inuentorem fuiſſe uolunt auctore Diodoro

LEMNIVS. a Lemno insula ei dicata. Oui. Lemnius ex templo ualuas patefecit eburnas. Quod autem Lemnos fuerit in tutela Vulcani ostendit illud in opere obscœno Tutela Lemni dispares mouet gressus. & alibi Tardo gratior æstuosa Lemnos ostendit & poeta ingeniosus inquiens Vulcanum tellus hysipilea colit. Seruius scribit Vulcanum e cælo in Lemnum cecidisse, idq; fingi qa Vulcanus. i. fulmen seu ignis ĩ Lemnon insulam frequẽtius iacitur. a Græcis ἡφαιστος. i. EPHESTVS uocatur. vnde Ephestiades insulæ: quæ a Latinis Vulcaniæ: & Aeoliæ nuncupantur tradente Plinio. Itẽ κυλλοποδίων hoc est CYLLOPODION. nam κυλλὸς claudus est & πους pes. hic Veneris maritus fuit. propterea Iuuenalis apud nos ignem significans ait & quæ componis dona Veneris Thelesine marito. De hoc Martianus capella ita scribit Quidam etiam claudus faber uenit: qui licet crederetur esse Iunonius: totius mundi ab Heraclyto dictus est demorator.

DE HERCVLIS COGNOMINIBVS.

HERCVLES prius ALCEVS ab ortu dictus fuit. Postea cum adhuc infans duos strãgulasset angues utraq; manu faucibus appræhensis quos Iuno ad ipsum perdendum miserat. ἡρακλης idest HERACLES. latine Hercules uocatus est, ut scribit Diodorus. arbitror qa heræ idest Iunonis inuidia magnã adeptus est gloriam. κλέος. n. gloriam græci dicunt. Nec ignoro alibi Diodorum aliter scribere. qui & Omitren repræhendat huius in-

terptationis quam hic uidelicet in quto Bibliotheces libro sequtur auctorem. Poetæ nostri Herculem Alceum raro ALCIDEN frequeter uocant, idq; ab Alceo Amphitryonis patre, non autem ἀπὸ τῆς ἀλκῆς hoc est a uirtute uti quidam referete Seruio uolunt. Vergi. Magnum quid memorem Alciden? Sene. Quæris Alcidæ paré? nemo est: nisi ipse. bella iam secū gerat. Oui. Laudem Alcides uicta traxit ab Oechalia. Clau. Sed postq̃ inachiis Alcides missus ab Argis. Et sicuti ab auo Alcides ita a patre putatiuo Amphitryone Amphitryoniades. Propert. Amphitryoniades qua tempestate iuuécos Egerat a stabulis o Erythrea tuis. Idem TYRINTHIVS a Tyrintha ciuitate Argis uicina ubi est educat⁹ teste Seruio. Vergi. Laurétia uictor Gerione extincto Tyrinthius attigit arua. Oui. Paruus erat manibusq; suis Tyrinthius angues Pressit. & in cunis ia; Ioue dign⁹ erat. Item CLAVIGER a claua quā ei subtrahere vnum de trib⁹ impossibilibus putari Macrobius tradidit. Ouid. Ecce boues illuc Erythreidas appulit heros Emensus longi Clauiger orbis iter. Idem hospes auentinis armentū pauit in herbis Clauiger. & tanto est Albula pota deo. Sane Properti⁹ clauam herculis illo uersu significauit Mænalio iacuit pulsus tria tempora ramo Cacus. OETEVS DEVS ab Oeta Thessaliæ monte: ubi pyra structa se combussit. Propertius. Troia bis oetei numine capta dei. hinc Senecæ Tragœdia: cui titulus sit hercules oeteus. DEVS THEBANVS a Thebis ciuitate Boeotiæ eius patria. Propert. Cymbala thebano cōcrepuere deo. MONOECHVS q templum

habuit apud Monœcum portum Italiæ nobilissimū. de quo Vergi. Aggeribus socer alpinis atq; arce Monœci Descendēs. dictus auctore Strabone ac Seruio qđ solus illic habitet. nam μόνος est solus & οἰκέω habito. Rome tradente Macrobio VICTORIS herculis duæ fuerūt ædes. Varro Victorem herculem putat dictum qđ oīum animalium genus uicerit. Ad qđ sane Vergil. respiciens proprie hæc inqūit Limina uictor Alcides subiit Ab Oratio hercules VAGVS dict⁹ illo uersu Hac arte Pollux & Vagus hercules Innixus arces attigit igneas. Causaꝫ Acron inquit esse qm̄ omnem terram peragrauit & (ut ait Seruius) semper pedes. tectus pelle nemeei seu cleonei leonis. ut dētes & rictus capite reliqua supra humeros ferret. Eius arma claua fuit. vnde clauiger nominaťť sicuti supra demōstrauimus. Sed idem arcu etiam fuit usus teste uel Iuuenale q̄ ait Addit & herculeos arcus. & Diodorus auctor est herculē stymphalidas aueis partim sagittis partiꝫ tabulæ aereæ sonitu expulisse. a Græcis nunc BVTHENAS uocať. qđ vna mēsa bouem comederit. βοῦν nāq; bos est & θοινῶ comedo. nunc TETRATHEOS hoc est quarta luna natus. vnde adagium τετράδι γεννηθῆναι hoc est quarta luna nati: de eis qui parum feliciter nati sunt. nam cōstat Herculem natum hac luna: cuius uita omnium uoluptatū fuit expers: ac laborꝑ plena. vel in eos hoc dcm̄ est q aliis tantū laborāt non sibi. uti Herculem fecisse lectitam⁹. apud Strabonē legiť Hercules MACYSTVS. Item CONOPIVS queꝫ Otei colunt. qa eos a Culicibus liberauit: quos illi conopas nomi-

nant. Sabini ſcribente Varrone SANCTVM quem Herculem græci appellant. ad eum Propertius Sancte pater ſalue. cui iã fauet aſpera Iuno. Sancte uelis libro dexter ineſſe meo. Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem. Sic sanctũ taciæ compoſuere Cures. de hoc Silius italicus intellexit quãdo Sabinorum milites ſcribens ait & læti pars sanctum uoce canebãt. Auctoré gentis. Nec solum sanctum ſed FIDIVM ét ac SEMIPATREM euidem cognominabãt. cui qdem trinomio deo ædem in monte Quirinali conſtituerunt. dicente Oui. Quærebã nonas Sancto Fidio ne referrem An tibi Semipater. tunc mihi Sanctus ait. Cuicũq; ex illis dederis, ego numen habebo. Nomina terna fero. ſic uoluere Cures. Hunc igitur ueteres donarunt æde Sabini. Inq; Quirinali cõſtituere iugo. hinc MEDIVSFIDIVS iurandi aduerbium. Quintilianus nõ alio mediusfidius uitio dicentius. Pompeius Feſtus ſcribit eſſe compoſitum: & ſignificare Iouis filium Herculem. qa Iouem græci Δία dicunt. nos fidium ꝑ filio. nam ſæpe. d. littera pro. l. utebantur. Quidam medius fidius tres eſſe dictiones malunt. & me quidem accuſandi caſum. in duabus reliquis adiuuet ſubaudiri. ut ſit me hercules adiuuet. Hercules etiã MVSAGETES appellatur. i. comes duxq; muſarum. nam Muſarũ quies herculis defenſione iuuari debet. & uirtus herculis Muſarum uoce ornari. Sta. Dic age Caliopes ſocius tibi grãde ſonabit Alcides. Plutarchus refert quemadmodũ herculi & muſis cõmunem aram Romani ſtatuerunt. qa Euandrum literas Hercules docuit. nam

Herculem teſte Seruio philoſophum fuiſſe conſtat & propterea omnia monſtra uiciſſe dicitur. Item Aſtrologum, vnde .xii. ei labores aſſignant propter agnita .xii. cæli ſigna. De hercule muſagete ſiue illius æde intellexit Ouid. dum ait. Veniſſe uidemus herculis ante oculos uirgineumq; chorum. Ab Apuleio hercules eleganter dicitur Luſtrator orbis. Purgator ferarum. Domitor gentium. Sub herculis nomine Domitianus cultus fuit, appellatuſq; nunc Alcides nunc maior Alcides a poetis adulatoribus. Quinetiam Commodus & ipſe imperator uocatus eſt hercules Romanus, eiq; ſtatuæ factæ habitu herculis, ut ſcribit Lampridius. Melampygos et Herculem sid: ut Joannes Parrasius in tertij claudiani commentario scriptum reliqt.

Hercules Philosophus et idem Astrologus.

Lustrator orbis.

Purgator ferarum

Domitor gentium

Domitianus.

Commodus.

DE NOMINIBVS MVSARVM

MVSA græcum eſt nomen .α. μοῦσα τῆς μούσης. quo quidem nomine & noſtri paſſim utuntur. Verg. Muſa mihi cauſas memora. Latine cantus interpretatur a μουσίζω quod eſt canto. Nam ſunt muſæ poetarum deæ, quorum canere eſt & fingere ac delectare. Vergilius Aeneida ſic ſuam orditur Arma uirumq; cano. Idem alibi ait Incipe Calliope precor aſpirare canenti. Idem Pandite nunc Helicona deæ cantuſq; mouete. Apollo apud Ouidium ſic ait per me concordant carmina neruis. Idem alibi Ouidius Nec mihi, diſpoſitis iungam quæ carmina neruis, Prouenient uacuæ carmina mentis opus. Quin & pro ipſo cantu muſam Vergilius poſuit Paſtorum muſam Damonis & Alphaſibei. Aldus, vir oppido eruditus cuius morte

Musæ tam græcæ q̃ latinæ maximam nuper ia-ctura fecerunt mussam videlicet dupliciss scri bi uoluit. Græci tamen per unum & latini etiam. si credimus Martiano capellę ita scribenti. Scri-bimus musaꝶ primam syllabam duabus literis: Græci tribus. Vocanť & Musæ pluribus modis. CAMOENAE a cantu auctore Seruio quod canũt (ut ait Festus) antiquoꝶ laudes. Vergil. Alternis dicetis. amant alterna Camœnæ HELICONIDES Persius. Heliconidasq; pallidamq; Pirenen. ab Helicone Boeotiæ monte auctore Festo. ubi Mu-sis natale assignant ut Plinius tradit. Propterea musas boeotia numina Ausonius uocat. ab Oui-dio virgineus helicon dictus fuit propter musas quas uirgines & quidem doctas ut Catullus ait pentametro illo seuocat a doctis Ortale uirgini bus. Illic fons musaꝶ que₃ Pegasus alatus equus insessore Bellorophonte auctore Strabone effu-dit. Propterea Græcis Hippocrine ἀπὸ τοῦ ἵππου quod est equus & κρήνη fons. a Latinis Caballi-nus. Pegaseus. Bellorophonteus uocatur. Auso. si uera fama est Hippocrine: quam pedis pulsu ci-tatam cornipes fudit fremens. Oui. Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrines Grata medu-sei signa tenetis equi. Persi. Nec fonte labra pro-lui caballino. Ide₃ Aonius nominatur ab Aonia quæ teste Seruio Boeotia est. Ouidius de Pegaso loquens Cum leuis aonias ungula fudit aquas. Et qa de Musaꝶ fonte sermo incidit: sciendum Musas pluribus in locis fontem habuisse. unum infra uerticem Acrocorinthi, sic. n. uocať Corin-thi arx, sub templo Veneris. & hic pirene uoca-

Musarum Fons.

Musarum plures Fontes

tur. depræhenso ibi Pegaso equo cum potaret a Bellorophonte. Alterum in Helicone illum de quo supra fecimus mentionem. De fonte Pirene apud Corinthu3. Oui. Ephyre Pirenidas undas. Corinthus.n.alio nomine Ephyre nuncupatur. hæc illa Pirene qua3 Persius pallidam inquit ab effectu arbitor quod poetas pallidos ꝓpter studium reddat. Alibi namq3 Persius ait iuuat pallescere chartis. & Iuuenalis fuit utile multis Pallere & uinum toto nescire decembri. etsi quidam aliter interpretatur. Politianus in epitaphio Domitii calderini dixit Hoc mutat ipsu3 sæpe musa Libethron Fōtemq3 Sisyphi ac uirecta Permessi. ubi fontem Sisyphi pro Pirene posuit. forsitan qa Sisyphus corinthiacu3 tenuit isthmum. Nam & Silius italicus qn̄ Syracusas describit opus Corinthiorum Isthmum Sisyphium uocat. Virecta uero Permessi dixit hippocrinen in Boeotia intelligens Martialis Quid tibi cum Cyrrha qd cum Permessidos unda? Est.n. Permessus Boeotiæ fluuius ex Helicone declinans. sicut Olmeus auctore Strabone. vnde Olmei fons idem a poetis uocatur. Est & tertius fons libethros dictus in Magnesia regiōe Thessaliæ adnexa teste Plinio. ubi Musæ (ut ait Seruius) colerent Libethrides ab eo cognominatæ. ut dicem⁹. Fuit & fons Aganippe licet in eadem regione Boeotia inq̄ tamen separatus ab Hippocrine. ut tam Plinius q̄ Pomponis mela ostendit. Iuuena. Cum desertis Aganippes Vallibus esuriens migraret in atria Clio. hæc illa Aganippe quam Vergilius Aoniam: Ouidi. Hyantheam uocauit. Fuit & fons Casta-

lius apud Delphos sub Parnaso (ut scribit) mu-
sis eisdem sacer. de quo ita Oratius Qui rore pu
ro Castaliæ lauit Crines solutos. hic Cyrrheus a
Cyrrha oppido seu cyrrheis Phocidis campis
ut Plinius tradit. hic fons Parnasius a Parnaso
appellatur. Nam totus ille tractus Musis dicatus
erat. Helicon enim Phocidi ubi sit Parnasus cōfi
nis est auctore Strabone. Quid quod Musarum fon
tem hippocrinen seu pirenen meduseum Poetæ
cognominat a Medusa? ex cuius sanguine Pega-
sus equus utriusque fontis auctor natus est. Ouid.
uel cedite uictæ Fōte meduseo & hyanthea Aga-
nippe. Item Gorgoneū a Gorgone medusa. Pro-
pert. Tingunt gorgoneo punica rostra lacu. Sed
iam satis superque satis de fontibus Musarum. Modo
ad earum cognomina redeamus. Dicunt Musæ
PIERIDES. Tibul. Casto nam rite poetæ Phœbusque
& Bacchus Pieridesque fauent. Iuue. Narrate puel-
læ Pierides. prosit mihi uos dixisse puellas. nimi
rum a Piera Thessaliæ urbe parēte & domo mu-
sarum. ut ait Pomponius Mela. siue a Piero mō-
te ut Festo placet quem in Thessalia quoque esse Pli
nius tradit. Item PEGASIDES a fonte quem Pega
sus (ut supra diximus) ungulæ ictu dicitur ape-
ruisse. vnde græce HIPPOCRINIDES nominantur
auctore Festo. Oui. At mihi Pegasides blandissi-
ma carmina dictant. AONIDES. Iuue. Aptusque bi-
bendis Fontibus Aonidum. ab Aonia quam esse
Boeotiam supra ex Seruii honorati sententia me
morauimus. Vergi. Aonio rediēs deducā uertice
musas. PIMPLEAE siue PIMPLEIDES teste Pom-
peio Festo a Pimpla Macedoniæ (ut a Strabone

scribitur) loco. Orati. O quæ fontibus integris gaudes apricos necte flores necte meo lamiæ coronam Pimplea dulcis. Stati. Licet enthea uatis Excludat Pimplea sitim. Apud Martialem Pimpleis in singulari numero Non urbana mea tantum Pimpleide gaudent Ocia. Strabo (qđ huic conuenit loco) auctor est musicam totam fuisse Thraciam. idq; patere ex locis ubi Musæ cultæ fuerunt. nã Piera. Olympus. Pimpla Libethrum olim Thraciæ fuerunt. Quiq; Musis (ut ait) Heliconа sacrarunt Thraces extiterũt Boeotiæ accolæ. CASTALIDES a Castalio: de quo supra diximus: fonte. Mart. Pergenius famæ Castalidũq; gregem. PARNASIDES a Parnaso sub quo diximus fuisse Castaliun fontem. q non solum Apollini musarũ duci sed Musis etiam ipsis sacer fuit. ut scribit Acron Oratianum illud enarrans me gelidum nemus Nympharumq; leues cum satyris chori secernunt populo. Acroni Seruius suffragari uidetur nec non Maro ipse dum ait Sed me Parnasi deserta p ardua dulcis Raptat amor. MEONIDES Oui. Felicesq; uocat pariter studiiq; lociq; Meonides. & mox Meonides (cognorat enim) consistite dixit. a Meonia regione. quæ ut Plinius Lydia ut Strabo scribit Mysia nominatur. Ouidii interpres forsitan rectius scribẽdum ait Myonides per ypsilon a Myone urbe Phocidis Musarũ patria ut Pausanias tradat. LYBETHRIDES a Libethro fonte Magnesiæ. de q̃ Vergi. Nymphæ noster amor Libethrides aut mihi carmen Quale meo Codro cõcedite. Nam NYMPHAE auctorib9 Seruio & Acrone pro musis ac

cipiuntur qđ nympha ideſt aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Orat. Bacchum in remotis carmina rupibus Vidi docentem:Credite poſteri:Nymphaſq; dicentes.Idẽ Me gelidu3 nemus Nympharumq; leues cum satyris chori secerũt populo. Sed & Vergil.ipſe alibi nymphas Muſas eſſe oſtendit inquiẽs Quæ nemora aut quos ſaltus habuere puellæ Naides indigno cum gallus amore periret?Nam neq; Parnaſi uos iuga. & reliqua. THESPIADES. Oui. Theſpiades certate deæ. a Theſpia ſiue Theſpiis in plurali oppidō Heliconi ꝓpinquo ut Strabo ait. OLYMPIADES ab Olympo Macedoniæ monte. ut ſcribit Varro. Sed & Pomponius mela Olympum hunc a Piera muſarum patria: quæ ſupra nobis memorata eſt:haud procul eſſe demonſtrat. MNEMOSINIDES a matre Mnemoſine. hoc eſt memoria de qua ita Claudianus. Sic mitis in antro Mnemoſine docili tradit præcepta Thaliæ. Oui. de Ioue Aureus ut Danaen Aſopida luſerit ignis Mnemoſinen paſtor. ARDALIDES ab Ardalo q teſte Plutarcho Muſis ædem pulcherrimã condidit. Appellatur etiam NOVEM SORORES ſeu puellæ. tot enim ſũt Heſiodo & Diodoro auctorib⁹ Clioq; Euterpeq; iuuans: & docta Thalia : Melpomene lætis & Terpſicorea coreis. His ſubeunt Erato, memoriq; Polymnia mente. Addimus Vranien, & quæ manet ultima quanq̃ Calliope cuncta ſupereminet unica muſas. Martialis dixit Doctæ ſic tibi ſeruiant ſorores de muſis intellegens.

DE NYMPHIS

¶ MVSAS NYMPHAE rite sequent cu; sit quedam inter eas similitudo & nympharum nomen pro musis usurpetur. uti ostendimus. Earum plura genera. Naides. Nereides. Oreades. Dryades. Amadryades. Napeæ. NAIDES nymphæ sunt fluuiorum fontiumq;. dictæ a ναω quod est fluo. & hæ proprie nymphæ. cum a lympha hoc est aqua nympha dicatur auctore Varrone. Oui. Naides ignorant. Idem Naides hæ fuerāt. In opere obscœno Naidas antiqui Dryadesq; habuere Priapi. Sed hæc pluralis numeri sunt exempla. illud singl'aris Nais ab his tacuit apud Ouidiu;. Sed idem Naias trisyllabon dixit Naias una fuit & alibi Carmina Naiadum nō intellecta priorum. Sic & Vergil. Egle naiadum pulcherrima. Huius generis sunt tradente Hesiodo. Pytho. Admete. Prymno. Vranie. Electre. Clymene. Zeuxo. Thoe. Callirhoe. Hippo. Pasithoe. Asie. Rhodea. Pluto. Plexaure. Polydora. Melobosis. Galaxaure. Perrea. Metis. Eurynome. Xantha. Europe. Telesto. Neera. Dine. Tythe. Cerceis Eudora. Acaste. Perseis. Menestho. Amphiro. Ocyroe. Creseis. Clytie. Calypso. Doris. Styx. NEREIDES nymphæ sunt maris a Nereo patre. Eædem DORIDES appellantur a Doride matre. Oui. Vtq; celer redeas uirides Nereidas oro. Idē Nereidesq; deæ. Marti. Lusit Nereidum facilis chorus. & ī numero singulari Nereis ingreditur consueta cubilia fluctu apud Ouidium. Ide; Nerei te uereor. Sta. Fluctib⁹ inuitis iam Nereis imperat helle. Oui. Cæruleos habet unda deos. & subdit. Doridaq; & natas. quaꝝ pars nare uidet.

Pars ĩ mole sedés uirides siccare capillos. Pisce uehi quædã. facies non oĩbus una. Non diuersa tñ qualem decet esse sororũ. hæ fuerunt (ut canit Hesiodus) Eucrate. Thetis. Spio. Sao. Eudore. Glauce. Galene. Doto. Dynamene. Eunica. Cymothoe. Thalie. Amphitrite. Pasithee. Melite. Pherusa. Proto. Erato. Eulimene. Agaue. Doris. Nesee. Galathea. Prothomedea. Panope. Hippothoe. Hipponoe. Cymodoce. Euagore. Pantoporea. Isianassa. Laomedia. Eione. Cymo. Alimeda. Glauconome. Liagore. Polynome. Pronoea. Euarna. Psamathe. Menippe. Autonoe. Neso. Themiste. Eupompe. OREADES autem montium sunt nymphæ. quod & nomen ostēdit. Siqdem ὄρος unde Oreades inclinatur mõtem significat. Verg. de Diana loquens ait quam mille sequutæ Hinc atq; hinc glomerãtur Oreades. Earum nomina Sypõtinus in Cornu copiæ ponit quæ tamẽ Nereidum sint. ut docet Hesiodus. DRYADES sunt siluarũ nymphæ δρῦς. n. vnde nomen id cadit apud ueteres Græcos omnis arbor dicebatur. quis postea pro quercu tãtum usurpata sit Verg. At chorus æqualis Dryadum. Oui. Aut quas semideæ dryades fauniq; bicornes. Numine contactas attonuere suo. ubi semideas dixit quoniã amneis solaq; rura colũt. ut alibi ait. Vnde & Iupiter apud eundem poetam in concilio sic fatur deorum. Sunt mihi semidei sunt rustica numina Fauni Et nymphæ satyriq; & monticolæ Siluani. Quos quoniam cæli nondum dignamur honore Quas dedimus certe terras habitare sinamus. AMADRYADES teste Seruio cum arborib⁹ nascun-

tur & pereunt. qualis illa quaз Erisithon occidit uti Ouidius docet. Hinc Ausonii Galli illud Nõ sine amadryadis fato cadit arborea trabs. NAPEAE nymphæ uirgultorum ac florum uocantur auctore Lactantio dum illud exponit Papinianũ quas magno non impulit igne Napeas? Vident autem Napeæ dici ἀπὸ τῆς νάπης quod est saltus & locus siluosus. ubi flores optime nascunt. Has Vergilius uenerari præcipit dicens Facileis uenerare Napeas. Non omittẽdum talibus finem impositurus existimaui quod scribit Festus QVERQVETVLANAS esse nymphas querqueto uirescenti præsidentes.

DE FORTVNA

FORTVNAE romani tantum tribuere ut sexcentis eam templis totidemq; cognomentis uenerarentur. Nam Rome colebatur fortuna cognomento PRIMOGENIA. VISCATA. FORTIS. PVSILLA. MASCVLA. CONVERTENS. BENESPERANS. VIRGO BARBATA. ut Plutarchus tradit. Vergilius OMNIPOTENTEM fortunam dixit Fortuna omnipotẽs & ineuitabile fatuз. qa in omni re dominaretur hinc eius simulachrum auctore Lactantio cum copia & gubernaculo fingebant. tamq̃ opes tribueret: & humanarum rerum regimen obtineret. Philosophi (ut Lactantius idem scribit) sexum mutantes deum uocãt. eandemq; modo Fortunã modo NATVRAM nominant. Sm quos Seruius Sulpitius ad Ciceronem loquutus uidetur dum ait Casus & natura in bonis domi

natur. Preneste quæ Latii urbs est illustre habuit templū, vnde certa responsa dabant ut ait Strabo. de quo Silius Italicus ait sacrisq; dicatū Fortunæ Preneste iugis. De fortunæ Prenestinæ responsis meminit Suetonius quē tu ipse legas in vita Domitiani. Mihi locum ostendisse sufficiat. Fortunam PRENESTINAM intellexit Oui. dicens Et prenestinæ moenia sacra deæ. Apud Statium ita legebamus Et Prenestinæ poterant migrare sorores. ubi sorores dixit quoniam Preneste fortuna sub duarum sororꝝ imagine colebat. Antii etiam Fortunam religiose cultā historiæ docēt. Propterea Oratius inquit fortunām alloquens O diua gratum quæ regis Antium Præsens uel imo tollere de gradu Mortale corpus uel superbos Vertere funeribus triūphos vnde & ANTIANA fortuna appellata. Suet. monuerunt & Antianæ fortunæ ut a Cassio caueret. Erat insup fortuna BONA & MALA. Bonæ simulachrum in Capitolio fuit Praxitelis opus tradente Plinio. Malæ aram in exquiliis consecratam se uidisse Cicero testatur. Eadem ī urbe fuit fortunæ EQVESTRIS. ædes. quā Fuluius flaccus censor ædificauit Valerio maxi. & Lactantio firmiano demonstrantibus. Fuit & templum fortunæ MVLIEBRIS. in Veturiæ ac Volumniæ honorem memoriamq; constitutum. quæ solae Coriolanum ciuem atq; hostem populi Romani placare potuerunt. ut a Plinio traditur de uiris illustribus. Fuit & templum Fortunæ REDVCIS a Domitiano erectum de quo Martialis Hic ubi fortunæ reducis fulgentia late Templa nitent, felix area nuper erat. Veteres

referente Eusebio de præpa. euang. fortunam in pila sedentem pingebant eius mutabilitateʒ atq; instabilitatem significantes. Huic alas quoq; eandem causa tribuebant. Orat. Fortuna sæuo læta negocio, & Ludum insolentem ludere pertinax Transmutat incertos honores Nunc mihi nunc alii benigna. Laudo manentem si celeres quatit pennas. Cœca fingitur ut pote ĩ quoslibet passim sine ratione incurrens. vnde Martialis COECAM DEAm appellat inquiens At postq̃ decies tribuit dea cœca. Plinius q̃ pulchre nec minus uere. Toto quippe mundo & locis omnibus omnibusq; horis omnium uocibus fortuna sola inuocatur. & una nominatur una accusatur. una agitur rea. una cogitatur. sola laudatur. sola arguitur. & cum conuitiis colitur. uolubilisq;. a plerisq; uero & cœca existimata. uaga. inconstans. incerta. uaria. indignorumq; fautrix. huic omnia expensa huic omnia feruntur accepta. & in tota ratione mortalium sola utranq; paginam facit. Adeoq; obnoxiæ sumus sortis ut sors ipsa pro deo sit qua deus probatur incertus. Apud Martianum Capellã legimus fortunã ab aliis SORTEM a nõnullis NEMESIM. a pluribus TYCHEN asseri aut NORTIAM. de sorte Auso. gallus ita Res hoiũm fragiles alit & regit & perimit sors Sors dubia æternũq; labans. & ante illuʒ Verg. dixerat Sors oĩa uersat. Quidã Nemesim negant esse fortunã; asserentes ex Macrobio deam esse: quæ colit cõtra superbiam. atq; a Rhamute pago Atticæ: ubi auctore Strabone statuam Diodori siue Agoracritis opus cum tẽplo habuit. Rhamnusiam uo

cari. Ab Antimacho uero (ut Strabo idẽ refert) appellari ADRASTIAM. Tyche sane græcum est nomen a τυχέω qd est consequor & cõtingo. Vnde τυχηρὸς fortunatus. Nortiam Tertulianus scribit deum fuisse Volsiniensium peculiarem, quæ teste Liuio est dea ethrusca. Sed fortunã esse Nortiam Martiano suffragari Iuuenalis uidetur dũ ait si Nortia thusco Fauisset. Donat⁹ tradit (quæ sane res a nostro de fortunæ cognominibus instituto non sit aliena) quod FORS est bona fortuna. Sed Nonius Marcellus duo hæc ita separat, ut fors sit casus temporalis. Fortuna dea ipsa.

DE AESCVLAPII COGNOMINIBVS

AESCVLAPIVS modo PHOEBEIVS, modo CORONIDES a poetis uocatur nimirum a parentibus Phœbo & Coronide. Sta. Accipe laudatos iuuenis phœbeie crines. Oui. Vnde Coroniden circũflua tybridis alti insula, romuleæ sacris adiecerit urbis. Martialis LATONAE NEPOTEM appellauit eo carmine Latonæ uenerãde nepos. qui mitibus herbis Parcarum exoras pensa breuesq; colos. Græce Ἀσκληπιὸς .i. ASCLEPIVS dicitur. qua & nostri dictione utantur. Martianus capella. ascribit Asclepio Græcia medicinam, hic in Epidauro Sarronici sinus urbe religiosius colebatur, ut EPIDAVRIVS ab Ouidio nominetur. Sic.n. ait Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas Sanabit nulla uulnera cordis ope. Sta. quoq; loquẽs de Aesculapio inqt. hinc mecum Epidaurea proles, Idem Pergamũ coluit Attali in

Asia regia; ut DEVS PERGAMEVS dici queat. Sta. Dicitur Idalios Erycis de uertice lucos Dum petit & molles agitat Venus aurea cycnos Pergameas intrasse domos, ubi maximus ægris Auxiliator adest, & festinantia sistens Fata salutifero mitis deus incubat angui. Pergameum deum uocat Martialis Consiliũ formæ speculũ dulceisq; capillos Pergameo posuit dona sacrata deo. Hic sub angui specie ex Epidauro Romam uect⁹ & in insula tyberina collocatus pestilentiam suo aduentu sedauit. quod non fabulam sed historiã fuisse Valerius maximus. L. Florus. & Plinius de uiris illustribus docent. Hinc & PHOEBEIVS ANGVIS dictus est ab Ouidio postq̃ illius in urbem accessum luculenter descripsit. Poetæ carmen est Huc se delata pinu phœbeius anguis Cõtulit & finem specie cæleste resumpta Luctibus imposuit uenitq; salutifer urbi.

DE CASTORE ET POLLVCE

CASTOR & POLLVX Tindari & Lædæ filii fuerũt teste Homero, vnde patronymica forma TINDARIDAE a poetis uocantur. Proper. Qualis & Eurotæ Pollux & Castor habenis hic uictor pugnis ille futurus equis. Vide qd Propertius. Idem ostẽdit Ouidius dum ait Tindaridæ gemini præstantes cestibus alter Alter equo. ob eam rem Pollux PYXAGATHOS, quoniam optimus erat pugil. & Castor HIPPODOMOS quasi equorum domitor nominatur. Nec ignoro quid mythici fingant natos ex ouo, qđ Læda uel Ne

mesis peperit ex Ioue in cygnum conuerso. Seruius honoratus auctor est ambos licenter & Castores & Polluces uocitari. Eqdem Polluces nũq; Castores uero seu Castorem in numero singulari frequenter inuenio. Pli. Supra ædem Castorũ genitus pullus in oppositam sutrinaꝫ deuolauit. Martianus capella vterq; Castorũ ait. Sta. Donec ab Elysiis ꝓspexit sedibus alter Castor. Suet. M. Bibulus euenire aiebat sibi qđ Polluci. Vt enim geminis fratribus ædes in foro cõstituta tantum Castoris uocaretur, ita suam Cæsarisq; munificentiam inius Cæsaris dici. Nam Vergil. Pollucem pro Castore posuit poetico more ingens domitus Pollucis habenis Cyllarus cum equorũ domitor Castor fuerit. A græcis Διόσκουροι hoc est DIOSCORI. quod Iouis sint filii nuncupant. nam Διὸς Iouis & κοῦροι filii sunt. Cicero (si codices sunt fideles) DIOSCORIDAS uocat. in libris quos de deorũ natura scripsit. Iidem OEBALII FRATRES a patria uocitantur. Sta. Proferte benigna Sidera, & antennæ gemino considite cornu Oebalii fratres Est. n. Oebalia pars Laconiæ, ubi sit Sparta siue Lacedemon eorũ natale solũ. A Catullo dicti sũt FRATRES PILEATI, namq; de illis intellegit inquiens Apileatis nona fratrib⁹ pila. Antiq. n. Castori & Polluci pilea dederunt tanq̃ Laconibus, qbus pileatis militare mos fuit, ut scribit Festus. Sũt q hos Geminos cæleste signũ esse autument, quare alternatim uiuere dicti sunt, qm id signum adeo amplũ est ut altero oriente alter lateat. Strabo quidem LAPERSAS. i. geminos appellari tradit. Hos olim in mari periclitantes inuocabant. Causam

Diodorus & Plinius reddunt q̃uis non itidem. Profecto Catullus sic. Iam p̃ce Pollucis iam Castoris implorata. Oui. Vos q̧q; Tindaridæ quos hic colit insula fratres Mite precor duplici numen adeste rati. Ora. Tindaridæ sidus ab ĩfimis Quassas eripiũt æquorib⁹ rates. Idem sic te diua potens Cypri Sic fratres Helenæ lucida sidera Ventorũq; regat pater. nam fratres Helenæ sunt Castor & Pollux. siue ex Tindaro & Læda nati oẽs. siue ꝭm fabulas ex ouo uel uno ut ait Ora. in sermonib⁹ uel duobus ut Idem in poetica ostendit. uel tribus ut scribit Auso. Gallus: quæ læde uel Nemesis (uti uolunt Hyginius & Ausonius) peperit ex Ioue in Cygnum transformato. uti supra memorauimus. Dices ubi hoc Hyginius? nimirum in lib. ii. quãdo olorem seu cygnum describit. Vbi Ausonius? Profecto in Grypo ternario dum ait triplexq; Helenæ cũ fratrib⁹ ouum. & alibi Istos tergemino q̃s nasci cernis ab ouo Patribus ambiguis & matrib⁹ assere natos. Hos genuit Nemesis sed Læda puerpera fouit. Tindareus pater his: & Iupiter. hic putat hic scit.

DE PRIAPI COGNOMINIBVS.

PRIAPVS græcũ est nomẽ. qđ & Latinis sit in frequẽtissimo usu. Græce. n. πρίαπος dr̃. Hic teste Diodoro ab aliis TYPHON ab aliis ITHYPHALLVS uocaẽ. Typhon (ut arbitror) ab impetu qđ scindat ut fulgur. uel ipsius testimonio qui sic in opere obscœno loquatur. Qui medium te vult scindere pictus erit & alibi At me terribilẽ mentula tenta facit. Græcis enim τυφὸν fulgur est. a τύφω quod est incendo. Ityphallus latine re

ctum priapum sonat, siquidem ὀρθὸν rectum significat & φαλλὸν priapum. Columella numen uenerare Ithypalli. Euphanius poeta qui priapi res carmine decantauit Priapum ORNEATEM uocat deum, ab Orneis. Sunt autem Orneæ urbs Epiri: Quæ Priapi sacellum habeat magna ueneratione cultum, ut inquit Strabo. A poeta epigrammatico dictus est deus CVSTOS illo uersiculo Mentula custodis luxuriosa dei. Nā (ut scribit Diodorus) nō solum Priapus intra urbes atque in templis sed in agrestibus quoque locis tamquam uinearum & hortorum custos colitur: fructum castigans fures: ruber: membrosus: nudus: falcem dextra arundinem capite ferens: utrunque ad terrorem: æque ac mentulam semper atrectam habens. Quare ipse in opere obscœno sic ait. Sed rubor hortorum custos membrosior æquo Qui tectum nullis uestibus inguen habet. Tibul. Pomosisque ruber custos ponatur in hortis Terreat ut sæua falce Priapus aueis. Ora. nā fures dextra cohercet. Obscœnoque ruber porrectus ab inguine palus. Ast importunas uolucres in uertice arundo Terret fixa. Ouidius aliter Qui rubro pauidas inguine terret aues. Columella sic. Sed truncum forte dolatum Arboris antiquæ numen uenerare Ithyphalli. Terribilis membri, medio qui semper in horto Inguinibus puero prædoni falce minatur. Seruius illum ex Lamsaco hellespōti oppido fuisse ait. Ideo LAMPSACENVS atque HELLESPONTIACVS dictus est. In opere obscœno ad eum hic uersiculus legitur Mortales tibi Lamsacum dicarunt. Ouidius de asino loquēs Hellespontiaco uictima grata deo

ait. Vergilius Et custos furum atq; auium cu; falce saligna Helespontiaci seruet tutela priapi. Sane hic a Iunioribus habitus est in deum. Namq; Hesiodus Priapu; nõ nouit ut Strabo inqt. Hinc & ipse ĩ Priapeis ait Hac ego Penelope potui tibi lege placere. Illo sed nõdum tpe factus eram.

DE NOMINIBVS PANOS

PAN latine INVVS ab ineundo dicit teste Seruio honorato. Pan enim grecu; est. Vnde castrum Inui apud Vergilium quod ibi inuus coleretur. Seruio Pana a nostris Inuum appellari tum Liuius tum Macrobius suffragat Oui. hunc FAVNVM uocat dum describens Lupercalia ait. Tertia post eidus nudos aurora lupercos Aspicit & fauni sacra bicornis erunt. Pan aute; apud nos idem significat quod omne. Siquidem a ueteribus dictus est nature deus. qua; sane rem illius effigies ostendit tam a Seruio q̃ a Silio italico pulchre descripta. Eum precipue Arcades uenerari fuere. ut dicat Vergilius Pan de⁹ Arcadiæ & Ouidius Pana deum ueteres pecudis coluisse feruntur Arcades. arcadiis plurimus ille iugis. Vnde & TEGEEVS uocat a Tegea Arcadiæ oppido. Vergi. Ipse nemus linquens patrium saltusq; Lycei Pan ouium custos, tua si tibi mænala curæ. Adsis o Tegee fauens. Propertius Ergo musarum & Sileni patris imago Fictilis & calami Pan Tegeee tui. Vbi calami Panos dicti sunt a Propertio fistula ipsa:q̃ primus ex pluribus calamis coagmentauit. dicẽte Vergilio Pan primus

calamos cæra coniungere plures instituit. Pan curat oues ouiūq; magros. scribit Herodot⁹ Mendesios in Aegypto Pana inter octo deos: qui antiquissimi fuerint numerari. uocariq; ægyptiace MENDEM quo nomine Hircus significatur. Propterea capros Capras ue & hircos ab omnibus uenerari. & Caprarios summo inter Mendesios honore affici. Alii græcū uolūt. & Eusebius cæli & Saturni Cicero Mercurii & Penelopes filium tradit. Hic & Faunus a latinis dictus teste Seruio & Ouidio qui ait Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. & alibi Fauni sacra bicornis eunt.

DE OSIRI

OSIRIS tum SERAPIS tū Dionysius tum Pluto tum Ammon tum Iupiter dicitur. Alii Pana eūdem uocant. Multi existimāt Serapim esse. hoc Diodorus siculus ad literam. ut hinc facile uideas quanta sit inter auctores quandoq; uarietas quanta dissensio. Idem paulo ante ita scribit. Primi illi homines in Aegypto geniti hūc mundi ornatum conspicientes: admirantesq; uniuersorum naturā duos esse deos arbitrati fuere Solem & Lunam. & hunc quidem Osiridem hanc Isidem certa nominis ratione appellauerunt. & Osiridem quidem græca interpretatione: ut qui suis radiis ueluti pluribus oculis terram ac mare lustraret oculos habentem dixere. Nam (ut Eusebius ait) si quis latinam ad linguam uerba transferat multioculus Osiris dici potest. Sed Solem esse Osiridem ab Aegyptiis creditum esse

ſcribit etiam Macrobius aſſerens eos quoties hieroglіphicis literis solem exprimere uolunt ſceptrum ſculpere: in que eo ſpeciem oculi exprimere, & hoc ſigno Oſirim monſtrare ſignificantes hunc deum solem eſſe: regaliq; poteſtate ſublimem cuncta deſpicere, quia solem Iouis oculum appellat antiquitas. Apud Iuuenalem de Oſiri ſic legitur Exclamore libet populus quod clamat Oſiri Inuento. hoc ideo dixit quia in ſacris Iſidis Oſirim, qui APIS quoq; & SERAPIS uocatur, quot annis magno cum fletu & ululatu quærebãt. quo demum inuento populus mira lætitia plaudens magna uoce ſalutabat. eundemq; per urbem incedentem grex puerorum comitabatur carmen eius honori canentium. Sic enim Iſis fieri iuſſerat quæ cu3 Oſirim uirum a Typhone fratre interemptum atq; dilaniatum diuq; in Aegypto quæſitum non inueniſſet forte demum bos apparuit. Exiſtimarũt hunc Oſirim eſſe & ut deum adorare cœperunt mutatoq; nomine APIM uocauere, quod eorum lingua bouem ſignificat. In hoc ergo ſenſu Tibullus dixit Te canit atq; ſuum pubes miratur Oſirim. Barbara memphitim plãgere docta bouem. & Ouidius nunq̃q; ſatis quæſitus Oſiris. Semper. n. perdunt ſemper & inueniunt. & alibi ide3 ait. Et comes in pompa corniger Apis erat. hoc & Statius ſignificat dicẽs aut quo ſe gurgite Nili Mergat adoratus trepidis paſtoribus Apis. Idem SARAPIS dictus per a literam in prima ſyllaba quoniam ſic græce σαραπισ. Martialis penultima3 huiuſce nominis ſyllabam pducit in

quiens Vincebat nec quæ turba Sarapin amat. Contra Martianus Capella corripit illo uersu Te Sarapin nilus, Memphis ueneratur Osirim. Scio Calepinum suo i lexico aliter scribere. Sed male. Sane in templo Osiridis non licet cantori neq; tibicini neq; psaltriæ sicuti deis aliis canere, ut auctor est Strabo.

DE ISIDE ET EI IVNCTIS NVMINIBVS ANVBIDE MACEDONE HARPOCRATE.

Sicuti de Osiri ita de ISI eius uxore quæ fuerit dea auctores haud cõueniunt. namq; alii Cererem. Quidã Thesmophoram, alii Lunam, nõnulli Iunonẽ, alii alio nomine appellant ut Diodorus siculus scribit. Apud quẽ idquoq; legitur dignissimũ memoratu fuisse colunnam Isidi erectam cũ tali inscriptione. Ego Isis sum Aegyptii regina a Mercurio erudita. Quæ ego legibus statui nullus soluet. Ego sum Osiridis Ego sum prima frugũ inuentrix. Ego sum Hori regis mater. Ego sum in astro canis refulgens. Mihi Bubastia urbs condita est. Gaude gaude Aegypte quæ me nutristi. Idem auctor est Diodorus Isidem græce antiquam interpretari sumpto nomine ab eterno & ueteri eius ortu ẽm eos qui dicunt esse Lunam. Huic interp̃tationi fauet Eusebius de præparatione euang. etsi alibi ille Ison æquale exponit scribens Isim cælestis telluris uirtutem esse. Poetæ nostri presertim Ouidius uolunt Isim fuisse Io Inachi regis Argiuorũ filiam: quæ ex ho

mine uacca ex pecude facta sit dea Aegyptiorũ. Vnde ad eam Statius Isi phoroneis quondã stabulata sub antris Nunc regina Phari numenq; orientis anheli. Hinc & INACHIS forma patronymica uocitatur Mart. Nec petit Inachidos limina ne futuat. Oui. Inachis ante thorum pompa comitata sacrorũ. Idẽ IVVENCAM NILIACAM dixit Neu fuge niliacae memphitica templa iuuẽcæ. Iuue. Si cãdida iusserit Io: Ibit ad Aegypti fines; calidasq; petitas A Meroe portabit aquas: ut spargat in ædem Isidis: antiquo quę proxima surgit ouili. Namq; Isis Rome templum habuit (ut Ouidii carmen paulo ante citatum Neu fuge niliacæ memphitica templa iuuencæ & Iuuenalis hic ostendit) iusta campum martium. de quo templo etiam ibi intellegit Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ. Hoc est qđ ait Lucanus Nos in templa tuam romanã recepimus Isim. Sunt q̃ deam hanc SYRIAM esse existiment. de qua meminit Apuleius de asino aureo. Ad eamq; referãt Martialis illud Iuro p Syrios tibi tumores hoc est per Isidẽ; quæ tumores & furores suis ut Cybele sacerdotibus incuteret, ac per quam grauissime iurari solitũ sit. & quæ perfidiæ perfidos puniret. ut ostendit Iuuenalis dum periurus apud illum sic loquitur Isis & irato feriat mea lumina sistro. Hanc in sententiã Ouidius quoq; ait Vidi ego linigeræ numen uiolasse fatentem Isidis isiacos ante sedere focos. ubi LINIGERAM Isidem dixit (ut hoc quoq; obiter enarremus) obuesteis lineas candidas tenueisq;: quibus Isiaci sacerdotes utebantur. Vnde illud de Iside apud eũdem

poetam Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. De hisce sacerdotibus Iuuenalis loquitur dum ait Qui grege linigero circūdatus & grege caluo plangentis populi currit derisor Anubis. ubi Anubis qdem pro deæ Isidis sacerdote posuisse uidetur. Ceterum ANVBIS & MACEDO teste Diodoro Isidis filii fuere. quoꝝ Anubis canem Macedo lupum insigne armoꝝ tulit. Qua ex re animalia hæc in sūmo honore Aegyptii habēt. eorūnq; formis apud illam gentem ipsi colebātur numina quidem Isidi iuncta & quæ in eius pompa ferri solerent una cum Api uel Osiri & Harpocrate ac serpente. De qua qdem pompa ingeniosus poeta ingeniose & eleganter dicat Inachis ante thoꝝ pompa comitata sacroꝝ Aut stetit aut uisa est inerant lunaria fronti Cornua cum spicis nitido flauentibus auro Et regale decus. cum qua latrator Anubis. Sanctaq; Bubastis uariisq; coloribus Apis. Quiq; premit uocem digitoq; silentia suadet. Sistraq; erant. nunq̄ que satis quæsitus Osiris. Plenaq; somniferis serpens peregrina uenenis. Idem ad ipsam deam. Isi paretonium genitaliaq; arua Canopi Quæ colis & Memphin paciferamq; Pharon Quaq; celer lato Nilus delapsus in alueo Per septem portus in maris exit aquas Per tua sacra precor per Anubidis ora uerēdi. Sic tua sacra pius semper Osiris amet. Pigraq; labetur circum donaria serpens. Et comes in pompa corniger Apis eat HARPOCRATES quē Ouidius uersu a nobis paulo ante citato significauit Quiq; premit uocem digitoq; silentia suadet qui sit quibus ue parētibus natus.

multa erudite ac perq̃ docte Politianus i miscellaneis explicans catullianum illud si quid quam tacito commisso est fido ab amico Cuius sit penitus nota fides animi Me unuȝ esse inuenies illorum iure sacratum Corneli. & factum me esse puta Harpocratem. Nos illis adiungimus qm̃ is deus indice ad os posito silentium denunciat ab Ausonio Gallo IGALIONEM siue SIGALEONEM dictum esse: quasi populo silentiũ indicentem. σιγάω .enim Sileo & λαὸς populus dicit̄.pfecto sic.Auso.Tu uelut oebaliis habites taciturn⁹ Amyclis Aut tua Sigaleõ Aegypti⁹oscula signet.

DE PARCARVM NOMINIBVS.

PARCAE (ut scribit Aulus Gellius ex snĩa .M.Varronis) dictæ sunt a partu una litera immutata.qđ hæ nobis nascẽtibus bonũ malumq; cõferant ut scribit Hesiodus.hæ nostræ sũt præsides uitæ quaȝ nendo ducant eandemq; finiant fila frangẽdo.Et qm̃ nulli parcũt dicẽte Martiale Lanificas nulli treis exorare puellas Contigit obseruãt quẽ statuere diem Nil adicit penso Lachesis fusosq; sororꝶ Explicat.& semp̄ de tribus una necat,idcirco Seruius & Martianus capella Parcas a nõ parcẽdo p̄ aniphrasin dici tradidẽ. Eaꝶ noĩa sunt.n.tria cũ officiis pulchre uno carmine cõplectunt̄ nescio cui⁹ ſȝ qđ a Lactãtio refe rat̄:Clotho colum baiulat.Lachesis trahit.Atropos occat.Dicunt̄ fila felicium alba:Infelicia ac miseroꝶ nigra esse.quã sane reȝ & Poetę ostẽdũt. Iuue.postq̃ Parcæ meliora benignę Pensa manu

ducunt hylares & staminis albi. Lanificæ. Stati. Ergo dies aderat Parcarum conditus albo Vellere. Mart. Si mihi lanificæ ducunt nõ pulla sorores Stamina. Quo sint habitu Catullus demõstrat inquiens. His corpus tremulum complectens undiq; uestis Candida. Sed esse anus Claudianus quoq; ostendit eis caniciem præbens. sic enim ait. Sed parcæ uetuere minas orbiq; timentes Ante pedes soluéq; Ducis fudere seueraȝ Caniciem genibusq; suis cum suplice fletu Admouere manus, quarum sub iure tenentur Omnia. quę seriem fatorum pollice ducunt Longaq; feriatis euoluunt secula pensis. vide ultra habitum quid Claudianus de Parcis latenter illas fata esse docet. huius opinionis Chrysippus etiam fuit teste Eusebio. hinc illud Ferre autẽ longe pstat quodcunq; seueræ Et fixa & stabili statuerunt lege sorores. Esse etenim certum stabile inuiolabile semper Quicquid nent fusis Parcę rex iussit olympi. & ab Homero literarum principe ac poetarum deo dictum fuit in hanc sententiam. ipse. n. græce scripsit. Non est qui fixas Parcarum auertere leges Possit. Vocantur Parcæ. TETRICAE deæ hoc est tristes & seueræ. Martialis Ruperunt tetricæ cum mala pensa deæ.

DE CVPIDINE

CVPIDO a nostris AMOR dicitur a græcis ἔρως per ω mega, nãq; per o micron ἔρος non impudicus ac flagitiosus sed bonus ac sanctus est amor. Hic VENERIS FILIVS, vnde ipsa apud

Vergi. Nate meæ uires mea magna potentia solus, Nate patris summi qui tela typhoia temnis. & Ouidius Cupidinē significans ait Filius huic Veneris figat tuus omnia Phœbe Te meus arcus ait Vergilius dixit est mollis flamma medullas. FLAMMAM pro amore accipiens. alibi CVRAM uocauit At regina graui iamdudum saucia cura. alibi FVRIAS IGNEMQ; Omne adeo genus in terris hominumq; ferarūq; Et genus æquoreꝝ pecudes pictæq; uolucres In furias ignemq; ruunt. amor omnibus idem. Vt non iniuria hunc non solum hominum & brutoꝝ sed deorum etiam victorem domitoremq; dixerim. vt enim Ouidius de ipso ait Regnat & ī dominos ius habet ille deos. Tale amoris imperiū ostēdit Papinius, hoc quoq; demonstrans plures Cupidines plures amores esse Veneris filios. poetę carmina sūt. Fulcra thorosq; deæ tenerū premit agmen amorum. Signa petunt quas ferre faces quæ pectora figi Imperet. an terris sæuire an malit in undis. An miscere deos an adhuc uexare Tonantem. & subdit Hic puer e turba uolucrum cui plurimus ignis Ore manuq; leui nunq̄ frustrata sagitta Agmine de medio. & reliqua: illic quæ legas.

DE COGNOMINIBVS HYMENEI

HYMENAEVS alio nomine THALASSIO uocatur sed primū nobis est cōmune cum græcis. ſm mere latinum est. Catullus Hymenei parentes ac patriam pariter & officium ostendens sic ait Collis o Heliconii cultor Vraniæ genus Qui rapis teneras ad uirum uirginem O hyme

næe hymen O hymenææ hymen. Vbi & hoc docemur quod non solum Hymenæus uerum et HYMEN uocatur. Est id quoq; nomen apud Ouidium Adfuit & sertis tempora uinctus hymen. Sic nõ solum Thalassio sed etiam THALASSIVS a Latinis cognominat. Martialis Quid si me iubeas Thalassionenem verbis dicere non Thalassionis? Idem Nec tua defuerint uerba Thalasse tibi. Vergilius Hymenæos dixit numero multitudinis Pergama cũ peteret inconcessosq; hymenæos. ibi Seruius hymenæus qdam inquit Athenis inter sæuissima bella uirgines liberauit. Quaꝫ ob causam nubentes eius inuocant numen quasi liberatoris uirginitatis. Hinc etiam apud ROMAnos Thalassio inuocatur. cum enim Sabinarum raptu plebeius quidam pulcherrimam duceret ne auferretur ab aliis eaꝫ Thalassionis esse ducis simulauit. cuius nomine fuit puellæ tuta uirginitas. Historiam apud Liuium & Plutarchum habes. Quidam tradẽte Donato Hymenæum fuisse dicunt Bacchi & Veneris filium. q primus certas instituit nuptias. ideoq; nuptiis uirginalibus ob tale meritũ per laudem cantari. Alii qð hymen dicatur membrana quædam qua sit munita uirginitas: quæ primo coitu dirũpit: hymenæum dici existimant. Libuit Hymenæum Hũc nostruꝫ epigrammate claudere: qð in LVCRETIAE Borgiæ Ducis Ferrariæ coniugis nuptiis olim lusimus. loquitur Hymenæus.

IVPITER omnipotẽs habeat sibi tela Cyclopum
 Et regat auspiciis astra polumq; suis.
Dispater Infernis crudelius imperet umbris.
 Possideat glaucas Ennosigæus aquas.

Militibus Mauors, medicis Phœbeia proles
Præsideat, Pæan ipse futura canat.
Me thalami, tedæ, connubia læta sequantur.
Connubii populus me uocet ore deum.
Dum datur ALFONSO LVCRETIA borgia coniux,
Et si non essem, nunc ego dicar hymen.
Eridane exultes. & tu Ferraria gaude.
Non hæc humano sanguine nata. dea est.

DE PENATIBVS

M. Tulius Cicero quo aliū eloquentiorem, & forsitan doctiorē fuisse non puto PENATES a penu dictos ait. est. n. penus omne quo uescimur, Siue ab eo quod penitus insident. ex quo etiam PENETRALES a poetis uocatur. hoc ille. Qui aūt sint habes apud Macrobiū. Seruius tñ (neq;. n. contemnēdus est) maronis illud exponēs Aedibus in mediis nudoq; sub ætheris axe ingēs ara fuit. iustaq; ueterrima laurus Incumbēs arae atq; umbra complexa penates tradit Penates omnes esse deos qui domi coluntur. unde & pro domibus ipsis tam in soluta oratione q̃ in carmine id nominis usurpatur. Seneca cū penates ignis assumpsit: fundamenta: adhuc harena ponimus. Vergi. nostris succede penatibus hospes. Cassius hemina Samothraces deos eosdemq; romanorū penates MAGNOS DEOS dici ꝓprie asserit. quod sciens Vergilius dicat Cum sociis natoq; penatibus & magniis diis. Higini⁹ DEOS PATRIOS uocari tradit. neq; hoc Vergilium ignoratum reliquisse Dii patrii seruate domū seruate nepotem. & alibi Patriiq; penates, Quidā GENETHLIACOS

quidam HERCEOS. Nonnulli ETHESIOS. Alii MYCHIOS penates nominãt teste Dionysio halicarnaseo. Ouidius (neq; hoc sit graue post Penatium cognomina legere) penatigerum Aeneam uocauit qui penates e Troia in Italiam tulerit. sic enim ait Hæc helenũ cecinisse penatigero Aeneę Mente memor refero.

DE LARIBVS

LARES sunt dii domestici ut Penates. vnde LAR familiaris apud Plautum. Ouidius scribit Lares fuisse filios Mercurii & Laræ nymphę. qui cõpita seruant in urbe uigilantes. eosdem PRAESTITES uocat. quod præstant oculis omnia tuta suis. Plutarchus uero PRAESIDES q caninis pellibus uestiant cane assistẽte. cuius sane rei causam apud ipsum lege. Neq; contrarium est quod ait Lactantius Larum matrẽ fuisse Mutam. qñ ei Iupiter ob garrulitatem linguã abscidit teste Ouidio. Proptereaq; muta est appellata. Eandem auctore Lactantio Larunda dicta est. id quod Ausonius etiam docet dicens Nec genius domuũ Larunda ꝓgenitus Lar. Macrobius tñ Larum matrem Maniam appellat. cui pro familiaꝝ sospitate (ut ait) pueri mactabant. Laribus Rome ædes in summa sacra uia fuit tradẽte Solino. Laribus bulla suspendebatur a pueritiæ annos egressis. quemadmoduꝫ Puellæ uirginitati renunciantes Veneri pupas donabant. Persius Bullaq; succinctis Laribus donata pependit. Laribus primitiæ ponebant. ut scribit Porphyrio super illud Oratianuꝫ Et quoscunq; feret cultus tibi fundus ho

nores Ante Lareȝ guſtet uenerabilior Lare diues.

DE GENIO

Nemini mirum uideri debet ſi Genium poſt Lares eueſtigio narrem. Id enim feci uel ab Auſonio monitus illo qdem carmine quod ſupra de Laribus agens citaui Nec Genius domuum Larunda progenitus Lar. Vbi Larem Auſonius Genium domuum dixit pro illorum ſententia qui GENIVM tradente Feſto uolunt unius cuiuſq; loci eſſe deum. Nam uarie ſunt auctoꝶ de Genio opiniones. Alii deum eſſe dicũt qui rerum omnium gingendarum uim habet. & hæc ipſa natura erit ſiue naturæ deus Humanæ: natale comes q temperat aſtrum, ut Oratius ait. Vnde indulgere Genio dicitur naturæ obſequi & uoluptati operam dare. Per contrarium defraudare genium apud Terentium eſt ſiniſtro genio uti. apud Perſium eſt naturam ſuam duriter uiuendo defraudare. Alii ueterum ſententia Genium animam rationalem uniuſcuiuſq; eſſe uolunt. Ideoq; eſſe ſingulos ſinguloꝶ. Apud priſcos maximum iuſiurandum erat per genium prĩcipis. per queȝ ſi quis peierasset (ſicuti ſcriptũ eſt apud iureconſultos) grauiſſime puniebaẗ. ut non iniuria Tertullianus dixerit citius per omnes deos q̃ genium Principis peierarant. C. Caligula Suetonio auctore multos ſupplitio affecit q ſuum per genium deieraſſent. Plutarchus Genium eſſe ait deum q unicuiq; noſtrum ineſt. Seruius numen quod nobis naſcentibus datur. Cenſorinus deũ cuius in tutela ut qſq; natus eſt uiuat. quem PRAESTITEM quod præſit

gerendis rebus omnibus uocauerũt. Martianus Capella deum specialem singulis mortalib⁹ ad-motũ. q tutelator fidissimusq; germanus animas omnium métesq; custodit dictũ Genium seu qa ut gingamur curat, seu qd genitos semp tueatur. Et qm̃ cogitationum arcana superæ nunciat po-testati; etiam ANGELVS nominat. Hos Græci DE-MONAS. Latini MEDIOXIMOS dicunt. Euclides duplicem omnib⁹ Genium attributũ ait bonum uidelicet ac malum. Christiana ueritas hos ange los nuncupat. non cum nascente genitos sed na-to associatos. quoꝝ alter bonus in bonum semp urget alter malus in contrarium nititur: hi quasi bonoꝝ malorũq; nostroꝝ obseruatores ad mor-tem usq; nobis assistũt. Quidam eosdem esse Ge-nios Laresq; cum Penatibus putant. Persius (qd inter talia scribendum occurrit) Funde merum Genio ait. neq; sine causa merum dixit non uicti-mam. qm̃ die natali abstinebãt cæde. ne qua ipsi die lucem accepissent aliis demerent. ut Censori nus interpretatur. Martialis genium pro lepore ac natiua gratia posuit inquiẽs Victurus genium debet habere liber.

DE DIIS RVSTICIS SEV TERRENIS

¶ Terram Satyri tenent sicut Fauni Siluani. Pa-nes. Nymphæ. Fatui. Fatuæq; & Phanæ. hiq; oés post plixum æuum moriuntur ut homines. Sed præsciendi atq; incursandi presentissimam pote-statem habent. auctor est Martianus Capella. Idẽ Ouidius quoq; ostẽdit esse hæc terrena numina, dum apud eum Iupiter in concilio deoꝝ ita in-

troducit loques. Sunt mihi semidei sunt rustica numina Fauni. Et nymphæ: Satyriq; : & monticolæ siluani. Quos qm cæli nondum dignamur honore: Quas dedimus certe terras habitare sinamus. Hæc in cōmune. Quod seqtur priuatim dicet. SATYRI quales sint docet Ouidius. Quid nō & Satyri saltatib⁹ apta iuuentus Fecere? Idē Me satyri celeres: siluis ego tecta latebam: Quæsierant celeri turba ꝓterua pede. Idē. in Venerem Satyrorum prona Iuuentus. Columella. Inter lasciuos Satyros. vnde & Satyri teste Macrobio dicti sunt quasi sathuni qđ in libidineʒ sint proni. σαθων enim græce latine uirile membrum significat. Oratius dixit aures capripeduʒ Satyrorum acutas FAVNI uero a fando dicti sunt. qđ fari siluestribus in locis cōsueuere. ut scribit Ouidi. De his Vergil. Et uos agrestū pñtia numina Fauni. SILVANI a siluis nomen habēt. Hos monticolas Oui. uocat. ut supra ostendimus. Præter hos fuit & Faunus unitatis numero Pici filius & Saturni nepos. de q̃ Vergi. in. vii. Aene. lib. Hic ille arbitror queʒ Varro de lingua latina Latinoꝶ deum uocat. Oratius sic Faunus agrestium & siluarum deus ubi Acron inferū & pestilentem deum Faunum dici ait Seruius Infernum qa terram habitat qua nihil inferius. Pan etiam Faunus dicit ut ibi uidimus. Pari modo unitatis uidelicet numero celebrat Siluanus, Siluanus deus non siluaꝶ modo sed etiaʒ aruoꝶ ac pecoꝶ: qui Cyparissum puerum in arborem sui nominis uersum adamauit. Vergi. Siluano fama est ueteres sacrasse pelasgos Aruoꝶ pecorisq; deo lucumq; diemq;. & alibi. Teneram ab radice ferens siluane cupressum.

Oratius illi tutelam finiũ tradit. dicens Qua ueneretur te Priape & te pater Siluane tutor finiuȝ. PANES ab Ouidio sic describuntur pinu præcincti cornua panes. a Columella in hunc ppe modum Inter lasciuos Satyros Panasq; biformes. Ouidius alibi Sic faueant Satyri montanaq; numina Panes. Statius auctore Lactantio Panas semideos appellauit. quia partem habent deoruȝ: partem hominũ. Sic. n. Statius ait. Linquunt flentes dilecta locorum Ocia cana Pales. Siluanusq; arbiter umbræ: Semideumq; pecus. PALES auteȝ quæ a Statio cana dicta fuit dea est pabulorum. de hac Vergilius Ipsa pales agros atq; ipse relinquit Apollo. hanc ideȝ inuocat in georgicis tertium exordiens librum.

DE MARINIS DEIS

Dii maris sunt Neptunus. Oceanus. Tethys. Nereus. Doris. Nereides siue Dorides. Triton. Phorcus. Glaucus. Protheus. Thetis. Ino seu Leucothea. Palemon qui & Portunus. Cymothoe. Salacie. Amphitrite. De Neptuno dictum est supra. Sic & de Nereidibus ubi sermo de nymphis habitus fuit. nũc intactos aggrediemur. Sed prius pauca de diis marinis generatim attingantur scribit Donatus Terentii interpres enarrans illud o cælum o terra o maria Neptuni scribit qđ Neptunus qa medius sit inter cælum & inferos: dum utriusq; regni particeps est: habet elementoruȝ omnium potior. Ideoq; Tridentem habet pro numero elementorum ut apud Vergiliũ Idcirco dicat Iam cælum terramq; meo sine numine

uenti Miscere: & tantas audetis tollere moles.
Valerius flaccus pares superis facit deos maris
dum ait Dii quibus undaꝝ tempestatisq; sono-
ræ Imperium & magno penitus par regia cælo.
Seruius auctor est marinos deos senes esse: albe-
req; illoꝝ capita spumis aquaꝝ. ad qđ sane Na-
sonis illud referri potest. Et ad canam descendit
in æquora Tethyn, Oceanũq; Senem. Sed hæc
hactenus. Nunc ad priuata; OCEANVS maris est
deus cæli terræq; filius & frater ac idẽ Tethyos
uir teste Hesiodo, de quoꝝ auctoritate Oui. post
illa: quæ allegauimus modo: ait, quoꝝ reuerẽtia
mouit Sæpe deos. naʒ de Oceano & Tethy lo-
quitur. Pro mari tñ qđ vniuersam terram circuit
usurpaẽ. Plinius de mari nostro, origo inquit ab
occasu solis & gaditano freto: qua irrumpens
oceanus atlanticus in maria interiora diffundiẽ.
Catullus Oceanumq; mari totum q amplectitur
orbem. Hic ẽt AMPITRITE uocaẽ. Oui. nec brac-
chia longo Margine terraꝝ porrexerat Amphi-
trite. cum sit Amphitrite dea de qua infra. Ocea-
nus aũt dictus est ἀπὸ τοῦ ὠκέος. qđ est uelox. Hesio
dus e mari nata omnia cecinit. qđ sciens Vergil.
dixit Oceanumq; patrem rerum. TETHYS ẽt pro
mari pariter ponitur. Mart. Et quem supremæ
Tethyos unda ferit. grecũ id nom ἡ τηθὺς τῆς τηθύος
NEREVS ex Ponto siue mari & Terra nat⁹ est grã-
dæuus & Senior uocatus. ut scribit Hesiodus.
Huic DORIS nupsit Oceani & Tethyos filia ut
ab eodem Hesiodo tradiẽ. Ex qbus maris nym-
phæ NEREIDES & DORIDES appellatæ fuerũt. ut
diximus. Eos Oui. oẽs uno loco positos ita de-
scribit Ipsum quoq; Nerea fama est Doridaq; &

natas tepidis latuisse sub undis. TRITON. patrem Neptunum: matrem habuit Amphitriten Hesiodo auctore. Seruius matre Salacia natum ait exponens illud vergilianum Cymothoe simul & Triton adnixus acuto Detrudũt naueis scopulo. Hic Neptuni tubicen cæruleus/murice tectus/cõcham pro tuba gerens. Oui. supraq; ꝓfundũ Extantem atq; humeros innato murice tectũ Cæruleum Tritona uocat: conchaq; sonanti Inspirare iubet. Et subdit. Caua buccina sumitur illi Tortilis: in latũ q̃ turbine crescit ab imo Buccina: quæ in medio cõcepit ubi aera ponto Litora uoce replet sub utroq; iacentia Phœbo. &c̃. Sed de eius forma Vergil. Hunc uehit inmanis Triton conchaq; sonanti Exterrens freta. cui laterum tenus hispida nanti Frons hominẽ præfert. in pistrin desinit aluus. Quod sane nõ fictũ esse sed uerum Plinius ait. Oui. a conchæ sono CANORVM TRITONEM dixit Cæruleos habet unda deos. Tritona canorꝝ. Alibi equos huic cæruleos præbet dicens Cæruleis Triton per mare currit equis. De buccina Tritonis aliqua Hyginius quem legas. PHORCVS de hoc ita Seruius enarrans illud maronianũ Tritonesq; citi phorcusq; exercitus omnis: Phorcus inquit Thoosæ nymphæ filius. ut aũt Varro tradit rex fuit Corsicæ ac Sardiniæ. q cum Atlante rege nauali certamine cum magna exercitus parte fuisset uictus & obrutus: finxerũt socii eum in deum marinũ fuisse conuersum. De hoc alibi Vergili. Nereidum Phorciq; chorus. GLAVCVS piscator hic fuit Anthedonis filius auctore Strabone. q (ut canit Ouidius) cum pisces captos sup herbam quæ in litore erat recensendi

gratia posuisset: atq; illi statim tacto gramine exiluissent dubius ne nutu alicuius dei an herbarũ gustu id factum esset, cœpit gramen paulatim gustare. quo facto mente statim alienatus se in mare piecit. Sed eum dei maris miserati in marinum transmutarunt deum. q postea Scyllam Phorci filiam adamauit. Papinius. Subitis q pdidit inguina monstris Glaucus adhuc quoties patriis allabitur oris Litoream blanda feriens Anthedona cauda. Strabo Anthedonem patrem. hic patriam ait. Vtrũq; cõstat. Siqdẽ Anthedon Boeotiæ urbs ab Anthedone Glauci patre nomen habet. Clau. Sic Glaucu; series extrema biformem. qa pars eius inferior in piscem ꝯuersa est. ut hoc sit qđ Statius a nobis modo citatus ait Subitis cum perdidit inguina mõstris. PROTEVS ab Hesiodo filius Oceani ac Tethyos tradit. marinus hic belluarũq; marinaꝶ pastor. Item uates & q se uarias in formas mutaret. Patriam habuit Pallenen in Thessalia. uerũ ea relicta in Carpatho insula regnauit. de quo ita Vergi. Est in carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus protheus: magnũ q piscibus æquor Et iuncto bipedum curru metitur equoꝶ. Hic nunc Aemathiæ portus patriamq; reuisit Pallenen. hunc & nymphæ uenerant & ipse Grandęuus Nereus. nouit namq; oĩa uates Quæ sint quæ fuerint quæ mox uentura sequant. Quippe ita Neptuno uisum est. immania cuius Armenta & turpes pascit sub gurgite Phochas. Et paulo post Tum uariæ eludunt species atq; ora ferarum. Fiet enim subito sus horridus. atraq; tygris Squamosusq; draco & fulua ceruice leęna. Aut acrem flammæ sonitũ dabit. atq; ita

vinclis Excidet. aut i aquas tenues delapsus abi-bit. Propterea Ouidius Protea ambiguū dixit. & Oratius Quo teneam vultus mutātem Protea nodo? in eos q facile sententiā uertunt. Item ali-bi Effugiet tñ hæc sceleratus vincula Proteus. Hinc apud græcus adagiū πρωτέος μεταβολικώτερος. Proteo mutabilior in uafrū & uersipellem. THE-TIS. hoc nomine dicta fuit supra uxor Oceani. Sed differunt literaꝝ positura & syllabæ quanti-tate. Hæc Nerei & Doridis filia fuit ac Pelei uxor teste Hesiodo. Vnde Achilles natus est/græcoꝝ fortissimus. qd̄ qdem futurū Proteus significauit ita loquens apud Ouidium Concipe. mater eris iuuenis. q fortibus armis Acta patris uincet. hoc Iupiter audiens canit eam uxorem ducere. Idem & Ouidius tetigit Iupiter æquoreæ Thetidis cō nubia uitat. Eadem Nereis a patre uocat. Ouid. Nereis ingreditur consueta cubilia fluctu. INO Cadmo & Hermione sata est nutrix & matertera Bacchi. ei⁹ dei uires atq; laudes cū supra modū supbiens ubiq; terrarum extolleret. necnon hinc alumni hinc mariti. nupserat. n. Athamāti Aeoli filio. hinc felicitate filioꝝ tumesceret in Iunonis odium incidit & qdem tantum Dea furorem in Athamanta iniecerit. q̄ ille filiū Learchum occi-dit. Ino aūt viri furorem fugiēs e Scyronis saxo qd̄ est in Attica cū Melicerte altero filio se in ma-re præcipitauit. q Veneris p̄cibus a Neptuno in deos marinos conuersi fuere. atq; illa a Græcis LEVCOTHEA hoc est alba dea. a nobis MATVTA idest bona ut Festus docet. Filius uero græce PA-LEMON latine PORTVNVS dictus fuit. Fabulam scribit Ouidius in metamorphosi. sed in Fastis

etiam ait Læta canam gaude defuncta laboribus Ino Dixit & huic populo prospera semp ades. Numen eris pelagi. natū quoq; pontus habebit. In nostris aliud sumite nomen aquis. Leucothee graiis. Matuta uocabere nostris. In portu nato ius erit omne tuo. Quem nos Portunum sua lingua Palemona dicet. Este precor nostris æqus uterq; locis. CYMOTHOE nympha est maris supra a nobis dicta cum de nymphis ex Hesiodi sententia loqueremur. De hac Vergi. Cymothoe simul & Triton adnixus acuto Detrudūt naues scopulo. latine interpтari queat uelox fluctus. nam κυμα fluctus & θοὸς uelox est. SALACIA. hæc Tritonis mater (ut supra diximus) fuit ab aqua salsa sic appellata Seruio auctore. AMPHITRITE. ostēdimus Amphitriten in titulo de nymphis Hesiodi testimonio marinam esse deam Nerei filiam. Vnde NEREIA a Claudiano uocat. sic. n. ait Nereia Glauco Neptunum gremio cōplectit Amphitrite. quē sane locum interpres ridicule exponit. Ouidius in metamorphosi regiā Solis describēs AEGEONA etiam ponit inter deos marinos.

DE DIIS INFERIS

INFEROS DEOS explicaturus unde potius ordiar q̄ ab Ouidio? apud quē Orpheus ita loquatur O positi sub terra numina mūdi In quem decidimus qcqd mortale creamur. uel ab illo Claudiani de raptu Proserpinæ Dii quibus innumerū uacui famulant auerni vulgus iners: opibus quoq; donatur auaris Quicquid in orbe perit. quos styx liuētibus ambit Interfusa uadis.

& quos fumantia torquens Aequora gurgitibus Phlegeton plustrat anhelis. Vergilius eos ita inuocat Dii qbus impium est animaꝶ umbræq; silentes Et chaos & Phlegeton. Scribit Plinius in Aphrica populos esse nomine Augylas q. tãtum Inferos colunt. Apud Latinos Soracte mons in uia flaminia Manibus consecratus fuit teste Seruio. Namq; Inferi (ut idem ait) MANES uocanť per antiphrasin qa boni non sunt. Manum.n. unde Manes dicunť bonum significat. Sed Nonius Marcellus Manes dici tradit qđ sint boni ac prosperi. qa melior mors sapiẽtibus quã uita pbeť; Vergi. Vos o mihi Manes Este boni: qñ superis auersa uoluntas. Iuue. Esse aliquo Manes & subterranea regna Et contum & stygio ranas in gurgite nigras Atq; una transire uadũ tot millia cimba Nec pueri credunt. Vergi. Illa qdem nimium Manes expta seueros Ora. Iam te premet nox fabulæq; & Manes. Et domus exilis plutonia. Dei inferi sunt Pluto & Proserpina de quibus supra ALECTO. TISIPHONE & MEGERA furiæ esse deas uel maro demonstrat q de Alecto loquens ait At sæua e speculis tp̃s dea nacta nocẽdi. Sed & Seneca ẽt ꝺ illis intelleges inqt Adeste sceleris ultrices deæ. Luctatius Papinii interp̃s Furias noctis & Herebi filias esse pdit. Ei Vergilius suffragať inquiens Dicunť geminæ pestes cognomine Diræ: Quas & tartaream Nox intẽpesta Megeram Vno eodemq; tulit partu. Quæ sane uerba ẽt hoc docẽt furias DIRAS cognominari. Sic alibi alas eisdem attribuens At procul ut Diræ stridorem agnouit & alas. de Iuturna loqtur quæ furiã cerneret. Alibi AVES OBSCOENAS appellauit dicens

Nec me terrete timentē Obſcœnæ uolucres alarꝝ uerbera noſco. Eaedem EVMENIDES nuncupanť ꝑ antiphraſim qđ inmites atq; implacabiles ſint Seruio auctore. εὐμενὴς enim mitem beneuolũq; ſignificat. Vergi. Eumenides tenuere faces a funere raptas. Sta. enicos. i. ſingulariter. Eumenis in furias animumq; redire priorem Impulit. Item ERINNYDES. Oui. Ferte faces in me quas fertis Erinnydes atrae. Et in ſingulari nũero ERINNYS Vergili. tot Erinnys ſibilat hydris. Oui. At mihi nec Iuno nec hymen ſed triſtis Erinnys Prætulit infauſtas ſanguinolenta faces. Propert. Erinnydes tragicas dixit hoc eſt terribiles & quales tragici poetæ (ut eſt apud Senecam ex noſtris legere) deſcribunt. Sic. n. ait. Tu me uel tragicæ uexetis Erinnydes. ALECTO Vergi. ita deſcribit Luctifica; Alecto dirarum a ſede ſororꝝ Infernaſq; ciet tenebras & triſtia bella. Iræq; inſidiæq; & crimina noxia cordi. Odit & ipſe pater Pluton. odere ſorores Tartareum monſtrum. tot ſeſe uertit in ora Tam ſæuæ facies tot pullulat hydra colubris. TISIPHONEN ſic. Cõtinuo ſontes ultrix accincta flagello Tiſiphone quatit inſultans. toruoſq; ſiniſtra Intẽtans angues uocat agmina ſæua ſororꝝ. Oui. Nec mora. Tiſiphone madefactã ſanguine ſumit Importuna facem. fluidoq; cruore rubentem Induitur pallam. tortoq; incingitur angue Egrediturq; domo. luctus comitať eũtem Et met⁹ & terror trepidoq; inſania uultu. De MEGERA. Claudianus Improba mox ſurgit triſti de ſede Megera Quã Penes inſani fremitus animiq; profanus Error & undãtes ſpumis furialib⁹ iræ. Non niſi quæſitum cognata cæde cruorem Illici

tumq; bibit: patrius quem fuderit ensis Quem dederint fratres. Est preterea apud Inferos Charon. Cerberus. Minos. Aeacus, Rhadamantus. CHARON senex e squallore terribili, cana barba, oculis igneis, sordida ueste, q defunctorum animas ad ripam alteram uehit dicente Vergil. Portitor has horrendus aquas & flumina seruat Terribili squallore Charon. Cui plurima mento Canicies inculta iacet. stant lumina flamma. Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Ipse rates cōto subigit uelisq; ministrat Et ferruginea subuectat corpora cimba Iam senior. Sed cruda deo uiridisq; senectus. Iuuenalis quem latini portitorem græce PORTHMEA nominauit dicēs terrūq; nouitius horret Porthmea, nec sperat coenosi gurgitis alnum Infelix nec habet quem porrigat ore trientem. sane hic ille triens siue obolus est quem charon a singulis colligit priusq̄ naues ingrediant̃ ut scribit Lucianus. CERBERVS græcorum est nomen. græcis. n. κέρβερος dicit̃. Seruius tñ existimans cerberū terram esse dictum tradit quasi κρέοβορον idest carnem cōsumētem. Hic triceps. hic tergeminus. hic meduseus canis. hic ianitor orci appellat̃. TRICEPS pper tria capita & totidem colla quorum medium cathenas portet teste Oui. TERGEMINVS hoc est ternus. id namq; significat tergeminus ternus & tres uno partu editos. quo sensu tergeminos Oratios & Curiatios historia enarrat. MEDVSEVS a Medusa auia. si quidem ex Medusæ sanguine Chrysaor. ex illo Gerion. Ex Gerione & Echidna Cerberus auctore Hesiodo natus est. IANITOR qa inferni regni sit custos stupendæ quidem immanitatis: & iubas colubris

lambétibus horrendus. hæc omnia Poetæ osten dunt. Vergil. tenuitq; inhians tria Cerberus ora. Ide; Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat aduerso recubans immanis i antro. & alibi ad Herculem Te stygii tremuere lacus te Ianitor orci Ossa sup recubans antro semesa cruento. Sene. hic sæuus umbras territat stygius canis. Qui terna uasto capita cõcutiens sono Regnum tuet. sordido tabo caput Lambunt colubræ. uiperis horrent iubae. Longusq; torta sibilat cauda draco. Par ira formæ. sensit ut motus pedum Attollit hirtas angue uibrante comas. d illo Tibullus eo uersiculo loqtur Cui tres sunt linguæ tergeminũq; caput. Apud Ouidiũ Orpheus sic ait. Tartara descendi nec uti uillosa colubris Terna medusei uincirem guttura monstri. MINOS. AEACVS & RHADAMANTVS. filii Iouis & Europæ fuerunt teste Diodoro etsi alibi ide; scribit Aeacum ex Ioue & Aegina Asopi filia natũ. hi Seruio honorato auctore tanta i terris uixere iustitia ut animaꝶ apud Inferos traditi sint a Plutone delecti iudices: atq; ita (sicuti Plato scribit) ut Aeacus europeos Rhadamantus asiaticos iudicet. Minos uero tantũ diiudicet si qd aliis ambiguum fuerit ut iudiciũ iuste procedat recteq; fiat transmissio animaꝶ. De Minoe Vergil. Quæsitor Minos urnam mouet. ille silentum Cõciliumq; uocat uitasq; & crimina discit. Clau. quæsitor in alto Conspicuus solio pertentat crimina Minos Et iustis dirimit sontes. De Aeaco Proper. & me Inferno damnes Aeace iudicio. hic tormẽtis utitur ad ueritatem eruendam. Propterea Iuuenalis dixit quas torqueat umbras Aeacus. Id qd etiam

demonstrat Oui. dicens Noxia mille modis lacerabitur umbra. tuasq; Aeacus ad poenas ingeniosus erit. De Rhadamanto. Vergi. Cnosius hęc Rhadamantus habet durissima regna. Castigatq; auditq; dolos subigitq; fateri Quæ qs apud superos furto lætatus inani Distulit in seram cōmissa piacula mortem. Claudianus hunc tortorem esse docet id qđ ét fieri ab Aeaco diximus ut noxios urgeat confiteri. Claudianus sic ait loqtur de Minoe. quos nolle fateri Viderit ad malā mox trāsmittit uerbera fratris. Nam iusta Rhadamantus agit. Hoc & Vergi. demonstrat ipse: dum ait subigitq; fateri modo a nobis allegatū. Inuenio STYGEM quoq; apđ Inferos habere numen teste Vergilio q dicat Cocyti stagna alta uides Stygiāq; paludem: Dii cuius iurare timent & fallere numen. Auso. Gallus scripsit epigramma de monosyllabis deoꝝ. ibi inter alios deos Styx legit hoc uersu Quæq; piat diuum periuria noctícolor Styx. Ouidius deum appellauit dum de illa loquens inquit timor est deus ille deꝝ. Dii enim duplicis sunt sexus auctore Seruio. Et apud græcos θεὸς idest deus cōis generis est. vnde Vergil. de Venere dixit Descendo ac ducente deo flammam inter & hostes Expedior. Sed ad stygem ut redeamus scribit Hesiodus iurare deos per Stygem decreto Iouis ꝓpter opem quam una cum filiis Potentia & Victoria bello giganteo deis tulit. Stygez sequunt COCYTVS. ACHERON. LETE. PHLEGETON de quoꝝ parentibus & natura scribit apud nos ex recentioribus Ioannes Boccacius: Christiani Manes siue Inferos DIABOLOS & DEMONES uocitant. Nam sunt Demones boni &

mali. Lactantius Diabolum dicit esse demonum principem: & propterea DEMONIARCHEN a Trimegistro appellari. esseq; malos Demones malignos spiritus maloꝝ quæ geruntur auctores.

DE IRIDE

IRIDEM Hesiodus Thaumantis & Electræ filiam fuisse scribit, vnde THAVMANTIS forma patronymica & THAVMANTIAS nominatur Oui. Morphea q peragat Thaumantidos edita somnus Eligit. Idē. Roratis illustrat aquis Thaumantias Iris. hæc deoꝝ nuncia sicut Mercurius. nisi quod ille ad ꝯcordiam. hæc ad discordiam disturbationemq; mittitur. Vnde Iris quasi ἔρις hoc est lis & contentio dicta est auctore Seruio. Vergi. Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. Idem. Aeream cælo nam Iupiter Irim Demisit germanę haud mollia iussa ferentem & alibi. Ergo Iris croceis per cælum rosida pennis Mille trahens uarios aduerso sole colores. Deuolat & supra caput astitit. Cicero Irim cæleste arcū esse scribit. qui qm̄ admirationis causam habet Thaumanti de dicit̄ nata. hoc ideo Cicero qa θαυμα græce miraculum & θαυμαζω miror significat. Sed age alia que nunc occurrūt poetaꝝ de Iride carmina hisce subiiciam⁹. Sta. Imbrifera potit̄ Thaumātide Iuno. Verg. Ad quē sic roseo Thaumātias ore loquuta ē. Clau. Iupiter interea cinctā Thaumātida nymbis Ire iubet. toto q̄ deos accersere mūdo. Illa colorato zephyros trāgressa uolatu Numina ꝯclamat. Oui. Nūcia Iunonis uarios īduta colores. Cōcipit Iris aquas alimētaq; nubib⁹ affert.

DE AVRORA

AVRORA modo PALLANTIS modo PALLANTIAS modo TITHONIA a poetis cognominatur. Pallantias siue Pallantis a Pallante patre ut ait Ouidii interpres illud exponens Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem. Sed Hesiodus Auroram Hyperionis atq; Theæ fuisse filiam tradit. Idem Oui. in quā sextæ Pallantidos ortu Italiam tenuit. Statius trepidas subito Titonia nubes Discutit & reduci magnū parat æthera phœbo. a Tithono marito. Vnde & Verg. dixit Te potuit lachrimis Tithonia flectere coniux Idē Et iam prima nouo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens aurora cubile. Hæc Memnonis mater fuit. cui⁹ Manibus Memnonides illius sorores nūc aues ad sepulchrum quot annis cōuenientes inter se dimicantes parentant teste Ouidio in metamorphosi. Vnde alibi poeta Idem in elegeia ad Auroram sic ait Iam super Oceanum uenit a Seniore marito Flaua pruinoso quæ uehit axe diem. Quo properas Aurora? mane. sic Memnonis umbras Annua solenni cæde parentet auis. Græce Aurora ἠώς hoc est eos dicitur. qua dictione utuntur & nostri. Oui. Tres ubi luciferos ueniens præmiserit Eos. & alibi Proxima uictricem cum Romam inspexerit Eos Vnde Eous. Vergi. Eoasq; acies & nigri Memnonis arma. Propert. Siue illaʒ hesperiis siue illam ostendet eois Vret & eoos uret & hesperios. ubi prima syllaba tam correpta q̄ lōga id nomen dixit. qa longum est ab ἠώς. breue ab ἕως qđ significat lucem deriuat. Et hanc ēt ut deam esse aucto

ribus ostẽdamus audi Ouidianum Paridem ad Helenam ita scribentem Phryx erat Auroræ coniux, tñ abstulit illum Extremum noctis quæ dea finit iter. Dea auroram significat. quæ (alio ut in loco Ouidius ait) luce noua noctis confinia seruat. nam illud Vergilii roseis aurora quadrigis Iam medium ætherei cursus traiecerat axem. ſm Ethruscos dictũ fuit. apud quos diei ortus a sexta diei fuerit hora. Ortus. n. diei Auroram habet Siue ſm Donatum q dicit Auroram cum quadrigis positã solem significare. ut refert Seruius honoratus. De aurora est illud quoq; apud eũdem poetam Postera phœbea lustrabat lampade terras. Humentemq; aurora procul dimouerat umbram. Item illud Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. ubi Vergi. Auroræ bigas tribuit cum quadrigas dederit supra. Ibi Seruius ab Homero auroram interdum ῥοδοδακτυλον. Interdum κροκόπεπλον uocari scribit. Hæc grę̨ca Aurorę̨ cognomina me monent ut ẽt hoc adiũgam a grę̨cis deam hanc ἠριγένειαν quia mane gingitur appellari.

DE HEBE

HEBE IVNONIA dicta est ab Oui. illo uersu Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe. uidelicet a matre. Fuit namq; iunonis filia. sine patre. vnde & paulo mox eam Iouis priuignam & nurũ uocat. ut quę̨ herculem iamdem factũ Iouis filium maritum cæperit. Ouidii carmen est Iupiter his monitus priuignæ dona nurusq; Præcipiet. Hesiodus tñ ex Ioue & Iunone natã ait. Iuue. Heben significans herculeam dixit uxorem. sic. n. inquit

Nec puer illiacus, formosa nec herculis uxor. Hæc Iuuentutis dea pulchros pedes habens, ueluti Homerus canit. ut haud iniuria Iuuenalis formosam heben appellauerit. a quo sane neq; nomen abhorret. ἥβη namq; pubertas est. Caper grammaticus non pœnitendus tradit qđ Iuuentus est ætas. Iuuenta uero dea que & Hebe Iunonis filia: atq; Herculis eade; uxor appellaē. Apud Oui. Iuuentæ aras Medea statuit: quæ sit Hebe. De connubio Herculis atq; Hebes Properti⁹ noster Nec sic cælestem flagrans amor herculis Heben Sensit in oeteis gaudia ꝑma iugis. Martialis ad herculē Nūc tibi Iuno fauet. nūc te tua diligit Hebe. Seneca. Deus Alcides possidet Heben. Nec Iunonis iam timet iras Cuius gener est q fuit hostis. In phliuntia Sicyone eximie colitur Hebe: quam appellant DIAM. ut Strabo cōmemorat.

DE GRATIIS

¶ Quas Gratias Latini uocant: Charites nominantur a Græcis Iouis & Eurynomes filię. Aglaie prior Euphrosine Thalieq; sequunē. Ex oculis pulchrū aspiciunt. iucundus ab harum Sidereis irrorat amor de more pupillis. ut scribit Hesiodus. Hesiodo suffragatur Diodorus siculus asserens Iouem eis una cu; pulchritudine beneficiū etiam & gratiæ retributionē dedisse. Seruius honoratus tradit Gratias Venere ac Libero natas, neq; id inmerito dici. qa Gratiæ (ut ait) per horum fere numinum munera conciliantur. esseq; nudas: quoniam Gratiæ sine fuco esse debent: Item connexas, qa insolubiles esse Gratias decet

vnam uero auersam pingi duabus nos respicienti bus qa pfecta a nobis Gratia duplex reuerti debet. Hinc Orati. Solutis Gratiæ Zonis dixit. qm amicoꝝ animi secū soluti esse debent ac nudi. Et alibi idē ait Gratia cū nymphis geminisqꝫ sororib⁹ audet Ducere nuda choros. Idē Iam Cytherea choros ducit Venus. imminēte Luna Iūctæqꝫ nymphis gratię decētes Altero terrā quatiūt pede. Oui. Protinus accedūt Charites nectūtqꝫ coronas Sertaqꝫ cælestes implicatura comas. Harꝫ oīa pulchra sunt opa. ut Strabo testat. & Homerus canit Gratias Veneri ambrosiū peplū elaborasse. Primus (ut Strabo refert) Gratiis deabus templum Etheocles rex Orchomenoꝝ extruxit. Quare? nisi qđ uir erat ad bñficentiā natura pnus atqꝫ institut⁹? In Orchomeno aūt ciuitate Boeotię gratias habuisse fontē ubi se lauabāt auctor est Seruius hono. in p̄ Aene. cōmētario quem legas.

DE SOMNO

Deorum hucusqꝫ cognomina scripserā eo animo ut libellū hunc nostrum: qualiscunqꝫ & quātuscūqꝫ foret: Gratiæ clauderent. Verum hesterna nocte dormienti mihi somnus adesse uisus fuit querenti sib͞i quamobreꝫ se silentio tradidissem. non ne ego aiebat deus sum? non mihi numen? non filii? quæ sane oīa cum me clam esse respondissem. quis. n. putasset Somnū esse deum filiosqꝫ habere? Ergo tuum inqt Ouidium parū legisse uideris atqꝫ Papiniū. Horum. n. uterqꝫ Somnum non modo deum sed deoꝝ etiaꝫ placidissimum uocat. Mihi Herebus cum Nocte parentes. Ego

Sortis Mortisq;. Ego Parcarum atq; hesperidu;. Ego illius qui culpas hominum carpit delictaq; Momos qd Ascreus poeta docere te potuit Sum frater. Meo sub numine Somnium est: visioq;: & oraculum. Ego in somnia facio & phantasmata: cum illudere Mortalibus libuit. Me auctore quiescentes inuadit ac suo pondere pressos INCVBVS siue (ut Græci uocãt) ἐφιάλτης grauat. Ego mille filiorũ sum pater. Ex qbus Morpheus non illo quisq̃ sollerti⁹ alter Exprimit incessus vultumq; sonumq; loquendi. Adiicit & uestes & consuetissima quæq; verba. Sed hic solos homines imitatur. at alter Fit fera fit uolucris fit longo corpore serpens. hunc ICELON superi. mortale PHEBETORA uulgus Nominat. est ẽt diuersa tertius artis Panthasos. ille in humum saxumq; undamq; trabemq; Quæq; uacãt anima fallaciter omnia trãsit. ut uester tam uere quã elegãter Ouidius canit Huic ego legeram dixi talia apud Ouidiũ sæpe. Verum ego non Argus q omnia circũaspiciam. Neq; mihi ulla de te cognomina occurrebant: quæ me tui facerẽt reminisci. Est. n. meũ de deorũ cognominibus non claris natalibus ac potestate dicere institutum. Tunc ille & mihi ẽt inqt non minus honesta q̃ aliis sunt cognomina. Si qdem ego ALES VOLANS. Ego RAMIFER ac VIGIFER DEVS. Ego PAX ANIMI. TRANQVILLITAS MENTIS. LABORIS EXPVLSOR. CORPORIS REPARATOR. INSTAVRATOR VIRIVM. ANIMALIVM VITA. QVIES RERVM appellor. Ad quæ sane uerba expergefactus somniũ siue potius uisionem descripsi. que age ultimam huic opusculo manum imponat.

PETRI IACOBI MONTIFALCHII DE SACRIS CELEBRITATIBVS.

LIBELLVS

COGNOMINIBVS Deorum Sacras celebritates adnectere existimaui nõ esse alienum. Est enim Sacra celebritas auctore Macrobio uel cum sacrificia deis offeruntur. uel cum diis diuinis epulationibus celebratur. uel cum ludi aguntur in honorem deo℞. uel cum feriæ obseruantur. Sacrificium est uictima & quecũq; in ara cremantur. Siue laus & hymnus ut Lactantius mauult. Ide; Sacrum: atq; Initium: & mysterium uocatur. res antiqssima & a Iano ut Macrobius ut uero Lactantius tradit a Melisseo Cretensium rege instituta. Lactantio Sallustius Suffragari uidetur scribens referẽte Seruio honorato religionem hoc est dei cultum a Cretensibus inuentum esse. Propterea q; Iouem natum apud illos fingi. Sunt q putent teste. M. T. Cicerone religionem ab Atheniensibus ortam & ad omnes terras distributam fuisse. Sacrificare inquit Nonius Marcellus est ueniam petere Litare uero ueniam impetrare. Hinc plautinum illud me Iupiter faciat ut semper sacrificem nunq̃ litem. Sacrificiorum

tradente Festo alia sunt publica quę pro populo. alia priuata quę pro singulis hominibus & familiis agebantur. Item alia stata quę certis diebus fiebant. alia solennia quę omnibus annis præstari debent ut idem ait. Hinc illud est Valerii maximi maiores statas solennesq; cerimonias &c. quę sequuntur: sunt aūt cerimoniæ (ut hoc quoq; non omittamus) ritus sacrificiorum. Rursus aliqua (ut Strabo refert) festiua cum animi remissione agitantur: aliqua cum numinis afflatiōe quam Græci Enthusiasmon uocant. nōnulla cū musica: nōnulla sine. Quędā mystica hoc est occulta significatione. quedā aperta. Hoꝝ oīum multa genera: quę (ut lectorib⁹ lectio sit facilior cōmodiorq;) per ordinem literaꝝ digessimus.

DE AGONIIS SIVE AGONALIBVS

¶ Agonia sacrificia erant: quæ in agonibus id est montibus fiebant. Vnde mons Quirinalis Romę Agonius. & porta collina Agonensis dicta. ut Pompeius festus auctor est. Varroni placet Agonia dici potius a Saliis sacerdotibus: q agonenses uocarentur. Ouidius tum Ianuario mense fieri: tum etiam Iani esse docet. affertq; plures huiusce nominis causas. siue Agonia dici propter ministri uerba qui hostiam ante aras percussurus Semper agat ne rogat nec nisi iussus agit. Vel qa non ueniant pecudes sed agantur ab actu Vel qa præuissos in aqua timet hostia cultros uidelicet ἀπὸ τοῦ ἀγωνιᾶν. i. a metu. Sed erant etiam Agonia altera. xii. Kalen. maias uti Oui. idem meminit.

Vel agonalia quasi agnalia ut prius dicebant uel Agonia a græco uidelȝ ἀγωνίζω qđ est certo. Agonalium repertorem tradēte Macrobio Numam Pompilium regem fuisse Valerius Antias refert. Apud eūdem quem supra citaui Festum ita legit Agoniū putabant deū præsidētem rebus agēdis & Agonalia eius festiuitatē. Idē scribit Agonium dieȝ appellari q̄ rex hostiā immolabat. hostiā.n. (ut ait) antiq agoniā noiābāt. Apud Lucā euāgelistā de passione dñica est agonia ꝑ sollicitudine & metu. Quod sane nomen nr̄i sacerdotes: q̄uis Oui. agonia corripiat: nō tū oīno male ꝓnūciāt pe. lon. cū apud Grecos: vnde ē id nomē: oxiam .i. acutum accentū habeat in penultima syllaba.

✱ DE AMBARVALIBVS ✱

¶ Scribit Seruius honoratus clarissimus Vergilii: q̄uis eum multi eleuare conent: interpres Ambaruale sacrificiū esse ita dictum qđ arua ambiat uictima. Sicut Amburbale uel Amburbiū dicitur sacrificiū quod vrbem circuit & ambit uictima. vnde Vergilius de ambaruali loquens ait Terqȝ nouas circum felix eat hostia fruges. namqȝ pro frugibus fiebat. id quod Vergilius alibi ostendit dicens Cum faciam uitula ꝓ frugibus ipse uenito. Strabo demōstrat Ambrauale sacrificium fuisse quod in finibus fieret. Sed hoc sacrificiū pro frugibus fieri solitum atqȝ ab ambiendo aruo dictum docet etiam Macrobius: cuius uerba ad literam posui. ea hec sunt. Ambaruale hostia est (ut ait Pompeius Festus) quæ rei di-

uinæ cauſa circum arua ducitur ab his qui pro frugibus faciunt. Huius ſacrificii mentionem in Bucolicis habet: ubi de apotheoſi Daphnidis loquitur: Hic tibi ſemper erunt & cum ſolennia uota Reddemus nymphis. & cũ luſtrabim⁹ agros. ubi luſtrare ſignificat circuire. hinc. n. uidelicet & nomen hoſtiæ acqſitum eſt ab ambiendis aruis.

DE ANCILLARVM FESTO

Ancillarum dies feſtus nonis Iuliis fuit: quo ancillæ pariter ac liberæ ſacrificabant ſub arbore caprifici in memoriam benignæ uirtutis quæ ancillaꝝ animis pro conſeruatione publicæ dignitatis apparuit. de quo lege Macrobiuꝫ. Mihi ſufficiat locum in quo ualeas oſtendiſſe. liber eſt primus. titulus autem ſeptimus ſaturnalium. de quo & nos latius infra in Caprificiis.

DE ANGERONALIBVS

Angeronalia ab Angerona dicuntur cui ſacrificium fit in curia aculeia. & cuius feriæ publicæ Laurentinę ut a Varrone ſcribitur. Pompeius Feſtus Angeronę deæ ſacra inſtituta fuiſſe tradit cũ angina omne animalium genus conſumeretur. Eſt enim angina morbus faucium peſtifer. græce Synanche. qui dictionem ſicuti pleraqꝫ alia uulgus medicoꝝ corrumpens Squinantiam uocat. Pompeii uerba aperiunt ea que Macrobius ex Iulii modeſti ſententia refert ſacrificari ſcilicet dee Angerone quod populus Romanus mor-

bo qui angina dicitur præmisso uoto sit libera-tus. Ibidem leges unde Angerona uocetur. que tamen diuersa sint ab eis quæ Plinius & Plinii metaphrastes Solinus tradunt.

DE APOLLINARIBVS

Apollinaria sacrificia erant que fiebant Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis teste Macrobio. Hii & ludi apollinares uocantur Pompeius Festus ita Apollinares ludos inquit hoc est ĩ laude Apollinis populus laureatus spectabat stipe data ꝑ cuiusq; copia. Seruius honoratus super illud vergiliani Aeneæ ad Sibillam cumanam Tũ phœbo & Triuiæ Solido de marmore templa Instituam festosq; dies de nomine Phœbi festos dies ludos apollinares interpretatur. q (ut ait) ſm quosdam bello punico secũdo instituti sunt. ſm alios bello Syllano ex responso Martiorum fratrum: quoꝶ extabant ut sibyllina responsa. Sunt q uelint hos etiam esse ludos ad quos Oratius ita pueros & puellas hortat̃ Dianam teneræ dicite virgines. Intonsum pueri dicite Cynthium Latonamq; supmo Dilectam penitus Ioui. Strabo meminit de ludis Actii Apollinis: quos Olympioꝶ similes fuisse ait. & de iis alia que illic apud eum legas.

DE ARMILVSTRO

Armilustrum auctore Pompeio Festo apud Romanos festũ erat: quo res diuinas armati fa-

ciebant. ac dum ſacrificarent tubis canebant. M. Varro tradit Armiluſtrum appellatum fuiſſe ab eo quod in armiluſtro armati ſacra facerent. Locus armiluſtrum eſt qui & Circus maximus dictus quod circum ſpectaculis ædificatis ibi ludi fiunt. & quod ibi circum metas feruntur pompa & equi currunt. Armiluſtrum autem quod circumibant ludentes ancylibus armati. Ancilia teſte Liuio dicta ſunt arma cæleſtia que menſe martio ferebant Salii ſacerdotes pectore tecto ſuper tunicam æneo tegmento canentes per urbem cum tripudiis ſolenniq; ſaltu Numæ Pompilii inſtituto.

DE APHRODISIIS

Aphrodiſia Græcis ſacrificia Veneris nominantur. id & Latini ſicut pleraq; alia nomen uſurpãt. Plau. Diem pulchrum & celebrem & uenuſtatis plenum dignum Veneri pol cui ſint aphrodiſia hodie.

DE ALETIDIBVS

Cum Erigone Icari a paſtoribus Athenienſibus interempti filia ſe ſuper patris ſepulchrum ſuſpendiſſet: virgines abſq; cauſa uitam ſuſpendio paſſim finiebant. id Erigone moriens precata erat ut eodem leto Athenienſium filiæ afficerentur. quo ipſa foret obitura: niſi mortem Icari patris ulti eſſent. Conſultus Apollo reſpondit ſi uellent euentu liberari Erigone ſatiſface-

rent. quare Athenienses quoniam ea se suspen-
derat instituere ut tabula interposita pendente
funibus se iactarent: sicq; pendentes uento mo-
uerentur. Quod sacrificium solenniter institu-
tum tam priuatim q̃ publice faciunt. & hoc Ale-
tidas uocant. quia Erigonem quærentem pa-
trem, eum enim pastores in puteum iecerant ne
inueniretur, ut ignotā & solitariam mendicam
appellabant, quas Græci ἀλητίδας nominant. au-
ctor est Hyginius. Historiæ seu fabulæ meminit
etiā Seruius exponens illud vergilianū Oscilla
ex alta suspendunt mollia pinu.

✤ DE BACCHANALIBVS ✤

¶ Bacchanalia Bacchi sacrificia seu festa ut ait
Sextus Pompeius. Græcis in Parnaso alter-
nis annis acta sunt tradente Macrobio. Inde
Græculus in Thusciam tulit. ex Thuscia Ro-
mam uenerunt teste Liuio celebrata a uiris cum
mulieribus mixtis quinq; diebus in singulis mē-
sibus. officina omnium corruptelarum. nemo
maior. xx. annis initiabatur. Stupra uirorum in-
ter se plura q̃ fœminarum. summa religio ui-
ros phanaticos agitatione capitum uaticinari,
fœminas passis capillis baccharū more discur-
rere in tyberim accensis facibus uino strepituq;
attonitas. Sublata sunt a Posthumio cōsule mul-
tis in uincula cōiectis. aliis necatis. Quidam sibi
mortem ꝯsciuere. Septem millia in ea cōiuratio-
ne inuenta sunt. Vide qd Liuius. ut nō iniuria Iu-
uenalis in homines fictos aliter qdem re: aliter

uerbis & uultu uiuentes dixerit Qui curios simu lant & bacchanalia uiuũt. De Bacchi festis Ouidius meminit: quæ. xvi. Kalen. Aprilis celebrarẽtur. hęc alio a Latinis nomine Liberalia. a græcis Orgia & Dionysia uocantur, ut infra dicemus.

DE BVTHYSIA

¶ Buthysia grecum est nomen sed quod in latinorũ sit usu. Tranquillus de Nerone gymnico quod i septis edebat inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit. Significat aũt buthysia magnum Sacrificiũ. quale est hecatombe: & immolatio maiorum hostiarum a βου & θυσία quod est sacrificium. βου aũt nihil significat sed in cõpositiõe auget dictiões. Vnde Bupedas magnos pueros. Bulimon magnã famẽ. Busycon magnã ficum. Bumaston magnã mammam greci dicũt.

DE BVPETIIS

¶ Bupetii ludi erant: quos boum gratia instituere. Tanta boum cura. tantũ agriculturæ studium Antiquis fuit. auctor est Plinius orator & historicus (ut ait Beda) insignis, ut ego soleo usurpare uir undecunq; doctissimus.

DE CAPRIFICIIS

¶ Caprificia dies festus erat Ancillarum. de quo supra loquuti fuimus in. A. litera quando ancillarum festum enarrauimus. Plinius initium Ca

prificiorum Vulcano sacrum fuisse ostédit: dum loquens de æstiua mellis vindemia ait huic vin demię Attici signum dedere initium Caprificio- rum: diem Vulcano sacrum. Sypontinus existi- mat Caprifici dies caniculares esse: atq; id festum quæ Lustria uocat Ouidius, de quibus infra.

DE CHARISTIIS

¶ Charistia sacra esse inter cognatos uidetur sen tire Ouidius dum ait Proxima cognati dixere Charistia chari Et uenit ad socios turba propin- qua deos. χαριο enim & χαριστηριον gratia est. Vale- rius maxi. conuiuiũ id solenne sacrum appellat. referam eius uerba. Conuiuium inquit etiam so- lenne maiores instituerunt. idq; Charistia appel- lauerũt. cui præter cognatos & affines nemo in- terponebatur. ut si qua inter necessarias personas querela esset orta apud sacra mésæ: & inter hyla- ritatem animoꝝ fautoribus cõcordiæ adhibitis tolleretur. Charistia aũt: de quibus Ouidius. xi. Kalen. Martii fiebant. ut ipse ostendit.

DE CARMENTALIBVS

¶ Carmentalia teste Varrone nominantur quod sacra & feriæ Carmentis essent. Dea hæc Archa- diæ mater Euandri prius Nicostrata deinde ab effuso per uaticinia carmine Carmentis dicta. ut scribit Martianus capella: & Solinus: Item Oui- dius. cui⁹ hoc sit carmen. Ipsa mone quę nomen habes a carmine dictũ. & mox de sacris loqués

quæ mense Ianuario fuerint ait Binaq; nunc pariter Tegeææ sacra parenti Pro pueris fieri uirginibusq; iubent. Scortea non illi fas est inferre sacello Ne uiolent puros examinata focos. Si qs amas ueteres ritus: assiste precanti. Nomina percipies nō tibi nota prius. Porrima placatur Postuertaq;: siue sorores Siue fugę comites Mænali diua tuæ. Altera quod porro fuerat cecinisse putatur. Altera uenturum postmodo qcqd erat. De Carmentalibus & Carmēta ipsa meminit etiam Plutarchus & qdem in uita Romuli. ut mihi locum in quo legas ostendisse sufficiat.

DE CEREALIBVS

¶ Cerealia a Cerere, sicut Palilia a Pale dicūtur auctore Varrone. hanc Vergilius uocem adiectiuam fecit inquiēs Tum Cererem corruptam undis cerealiaq; arma Expediūt illic Seruius Cerealia & Cerialia iudice euphonia dici posse ait. Verum a diuerticulo repetatur fabula. Sacra Cereris ex Græcia translata sunt tradente Festo. Nam Valerius maximus ab Enna siciliæ urbe orta credi est auctor, quo Romani non modo religiosi uerum ét ipsa religio quindecim viros ad deam propitiandam miserunt. Ea per mulieres fiebant quę pudicæ forent. quę ue non lugerent. Quare cum post cannēsem cladem Rome omnes luctibus tenerētur proptereaq; Deæ sacerdotes deessent Senatus statuit ne ultra trigesimū diem suos luctus extenderēt: ut ab iis sacra Cereris peragi possent. Itaq; matres ac filiæ cōiugesq; & sorores

nuper interfectorum absterfis lachrymis dolorisq; insignibus candidá uestem induere & aris thura dare coactæ sunt, ut Valerius maxi. tradit. Iuuenalis etiam uiris q tamen boni forent Cereris sacra attribuit dicens, quis enim bonus & face dignus Archana qualem Cereris uult esse sacerdos Vlla aliena sibi credat mala? Eadé noctu accensis facibus celebrabant ob longæ inqsitiõis memoriam: in qua Ceres facibus usa fuit. Ad hoc refertur Nasonis illud Et per tædiferæ mystica sacra deæ. Et Claudiani: q ait sanctasq; faces extollit Eleusis. urbs hæc Eleusis inquam in Attica est, vnde Eleusina Ceres dicta Strabone auctore. Tale & illud Papinii Tuq; actæa Ceres cursu cui semper anhelo Votiua; taciti lassumus lampada mystæ. Nec sine causa Iuuena. archana face: Ouidius mystica sacra. Papinius taciti dixit. Siqde; sacra Cereris nulli deorum hominumq; detegenda erant. hinc Tibullus ait Nõ ego tentaui nulli temeranda deorum Audax laudandæ sacra tacere deæ, na; laudáda dea Ceres est ut diximus in libello de cognominib⁹ deorum. Eisde; sacris coitu fœminas abstinuisse docet Ouidius inqens Annua uenerunt cerealis tempora sacri Secubat in uacuo sola puella thoro. Flaua Ceres tenueis spica redimita capillos Cur inhibes sacris commoda nostra tuis? Apud Iuuenalem que; paulo ante citaui alibi sic legit Ergo omnia Floræ Et Cereris licet & Cybeles aulea relinquas, ubi per Cereris aulea Cerealia seu Cereris ludos significauit: qui equorum cursu in circo celebrabantur: quos ue primus Memius ædilis curulis fecit, ut Angelus

Policianus (nemo.n.suo honore fraudãdus est) ex Cornelio Tacito: & Ouidio, necnon Laurentii medices nomismate in miscellaneis docet.

DE CASTA MOLA

Casta mola genus sacrificii fuit: quod Vestales virgines faciebant. scribit hoc Sextus Pompeius festus. Molam Seruius auctor est fuisse far cū sale: qua sacrificarent. Vergi. Ipsa mola manibusq; piis altaria iusta Testat̄ moritura deos. alibi hãc molam salsam appellat: qua cornua uictimarum aspergebantur. deq; hac Simonem vergilianum intelligere ait dicentem Mihi sacra parari Et salsæ fruges & circum tẽpora uictæ. Plinius auctor est Numam Pompiliū deos fruge colere & mola salsa supplicare instituisse.

DE CIRCENSIBVS

Circenses ludi curules erant ut qui equis agitarentur. docet id Suetonius dicens Circensibus spatio Circi producto quadrigas bigasq; agitauerunt nobilissimi iuuenes. docet &. M. Varro dum scribit Circum maximum dictum esse quia spectaculis circum ædificatis ibi ludi fiunt. & qđ ibi circum metas ferunt̄ pompa & equi currunt. Primus teste Liuio circum maximū Tarquinius priscus instituit: in quo ludos opulentius instructiusq; q̃ cæteri reges fecit. Ante (ut ait Seruius) fiebant in ripa fluminis ensibus in altero latere positis: ut ab utraq; parte esset ignauiæ præsens

periculũ. Vnde & Circenses dicti: ꝓpterea Verg. inquit de Circensibus loquens Centum quadriiugos agitabo ad Flumina currus, ii etiam ludi Romani: ludi magni ab eruditis uocantur. unde Maro dixisse uidetur magnis Circensibus actis. etsi aliter Seruius interpretatur. Asconius Pedi. scribit magnos fuisse dictos qđ magnis impensis dati & quidem. cc. millibus numum.

❧ DE COLLATIVO ❧

¶ Collatiuum tradente Festo sacrificium dicitur quod ex collatione offertur. est aũt collatio cum quis offert pro facultatibus. Suet. collationibus non receptis modo sed efflagitatis. Idem Nec quidem cõcessas ac solitas collationes recepit. hinc Collatiuum uentrem Plautus dixit quia in eum omnia edulia congerũtur. & Collatia oppidum prope Romam fuit eo quod ibi aliaꝝ Ciuitatum fuerint opes. ut idem auctor est Pompei⁹ Festus.

❧ DE COMPITALIBVS ❧

¶ Compitalia quę fuerint Idem: qui toties mihi citandus datur: Pompeius Festus antiqtatis diligentissimus obseruator docet: in hũc prope modum scribens Compitalia festa quę in compitis agebantur. Sunt aũt Compita in quę multæ uiæ in unum competant loca. Vnde & nomen. hinc Ouidius dixit. Narrant in multas compita secta uias. hic multas: alibi ternas ait Ora uides hecates in treis uergentia parteis Seruet ut in ternas

compita secta uias. Varro Compitalia Laribus attributa fuisse ait Nimiru; in compitis ubi uiæ competunt. id quod Ouidius etiam demonstra-re uidetur dum inquit de Lara nympha & Mer-curio loquens Fitq; grauis, geminosq; parit. qui compita seruant. Et uigilāt nostra semper in ur-be Lares. Macrobius Maniam Larium matrem addit: cui una cum filiis compitalia in compitis per urbem agerentur, pueris pro familiaꝝ salute mactatis: ex responso Apollinis quo præceptum est ut capitibus pro capitib⁹ supplicaretur quod sacrificii genus sub regib⁹ obseruatū Iunius Bru-tus cōsul pulso Tarquinio aliter statuit celebrā-dum. nam capitibus allii & papaueris supplica-ri iussit. ut Apollinis responso satisfieret de no-mine capitum remoto scelere infaustæ sacrifica-tionis. Suetonius refert Compitalitios ludos ab Augusto restitutos. Porphyrio oratianus inter-pres auctor est Lares ab Augusto in compitis po-sitos & ex Libertinis sacerdotes datos: q augu-stales sunt appellati. scribit hoc Porphyrio enar-rans illud Libertinus erat: qui circum compi-ta siccus Lautis mane senex manibus currebat. & reliqua. Dionysius halycarnas. ea fieri per famu-los tradit tamq̄ grato deis famuloꝝ ministerio.

DE COMMVNICARIO

¶ Communicarius dies est: in quo Deis omnib⁹ cōmuniter sacrificatur. Idem uocat Panicularis. ut Pompeius Festus talium hoc est ueterum sacri-ficiorum accuratissimus auctor monet.

DE CONSVALIBVS

Consualia (ut Festus necnon Liuius & Valerius tradūt) ludi ut Varro scribit ludi & feriæ fuerunt in honorem Consi quem appellabant ꝯsilii deum, vnde cōsualia dicta sint. Primus Sabinas rapturus Romulus Neptuno equestri ex īdustria fecit tradente Liuio. Vale. maxi. id Circense spectaculū fuisse ait qđ Romulus nomine ꝯsualium appellauerit. Neq; est qđ mireris a Varrone Festoq; & Ouidio sacra hec Conso, a Liuio uero Neptuno equestri īstitutū fuisse scribit. qm̄ Consus Neptunus est. ut in libro quem scripsimus de cognominibus deoꝶ aptissime demōstrauimus. De iis ita. Oui. ludis seu feriis. alloquitur Mars Romulū filiū. Festa para Conso. Consus tibi cetera dicet Illo festa die dum sua sacra facis. Plutarchus. XVII. Kalen. Septemb. quo die Sabinæ raptæ fuerint Consualia Rome agitata fuisse scribit Dionysius halycarnaseus hāc etiam suo tēpore solennitatem fieri tradit cursu equoꝶ iunctoꝶ & non iunctoꝶ ad aram subterraneā iuxta Circum max. appellariq; Consualia a Conso deo: quem Græci Posidona Sisichthona dicunt. Asconius Pedianus hos ultra Circensiū nomen ēt Romanos dictos ostēdit in Consi. i. Neptuni honorem & quibus Sabinæ raptæ fuerint, ut auctores tradunt supra citati.

DE CONSENTIIS

Consentia sacra erant deoꝶ Consentiū a qbus

nomen habent. Sunt autem Consentes dei.XII. agricolarum duces Iupiter pater. Tellus mater. Sol.Luna.Ceres.Liber.Robigus.Flora. Minerua Venus.Lympha & Bonus euentus. hos inuocat M. Varro in principio de re rustica.Sex.Pompeius festus q omni fere in sacrificio mihi occurrit auctor est Consentia sacra esse que ex multorum consensu statuuntur. Est & Consentia in numero unitatis Lucanoꝝ in ITALIA ciuitas.quam Anibal teste Liuio in deditionem cæpit.

DE COTYTTIIS

Fuere Cotyttia Atheniésiuȝ sacra que a multis uti Bacchanalia spurcitiis noctu fiebant. iis dea Cotytto preerat. vnde Cotyttia nomen habent. Deæ sacerdotes Baptæ uocabátur.a qbus Eupolis comædiam Baptas appellauit. ii qdem molles atqȝ effœminati in cotyttiis sacris saltantes fictam Cotyttus deæ personam ad sudorem usqȝ lassabant.ad quod illud.Iuue.refert Talia secreta coluerunt orgia teda Cecropiam soliti Baptæ lassare cotytto. Sic enim legédum est.ut & docte & ingeniose Angelus Polician⁹ emédauit.æque ac illud oratianũ. Inultus ut tu riseris Cotyttia.

DE CVRIONIS

CVRIONA inquit Pompeius Festus sunt sacra quę in curiis fiebant.Curia aũt (idem ut ait) locus est ubi publicas curas agebant.Curiæ ẽt nominátur in qbus vniuscuiusqȝ partis populi Ro

mani qd geritur. quales sunt in quas populum Romulus distribuit numero triginta: quibus postea additæ sunt quinq; ita ut in sua qsq; curia sacra publica faceret: feriasq; obseruaret. Hoc ille. Apud Varronem sic legimus Curia est ubi senatus rem publicā curat. & illa ubi cura sacrorum publica. ab iis Curiones. hucusq; Varro. Quare non iniuria Ouidius modo curiam modo templum uocat: ubi Iulius Cæsar interemptus fuit. Curiones alibi Varro inquit dicti sunt a Curiis: qui faciūt ut in iis sacra fiant. Festus curiones sacerdotes ostendit esse inqens Curionum aes dicebatur quod curioni dabat ob sacerdotium curionatus. Apud Liuiū sic legitur Inter maiorum rerum curas comitia magni curionis uetus excitauerūt certamen. ubi Curio pro sacerdote accipitur. æque ac apud Oui. Curio legitimis tunc fornacalia uerbis Maximus indixit. Prçterea Curio erat tradente Eusebio is q apud populum iubēte Prætore seu alio magistratu aliqd uulgaret. Quæ sane interpretatio cōuenit illi: qđ ait Poeta epigrāmaticus Epigrammata Curione nō eget. Quid qđ Plautus ī Aulularia Curionem agnum pro macro posuit? ut exponit Pompeius Festus: quasi absq; cura: sicut opinor. Nam & Apuleius a contrario opimum agnū incuriosum uocauit.

DE DAPE

DAPS apud Antiquos dicebatur res diuina: q̄ fiebat hiberna semēte aut uerna. qđ sane uocabulum ex græco deducit: apud quos epularū id ge

nus δαίω dicit. Itaq; dapatice se acceptos antiqui dicebant significãtes magnifice. & dapaticiũ negocium amplũ & magnificũ, ut cuius testimonio persæpe utimur auctor est Sex. Pompeius Festus.

DE DAMIO

¶Est apud eundem auctorem Pompeiũ inq̃ Festum, fuisse Damium sacrificium: quod in operto fiebat in honorem bonæ deæ, dictum a cõtrario qđ minime esset δημόσιον hoc est publicũ. Dea q̃q; ipsa δαμία, & sacerdos eius δαμιαω appellabatur.

DE DENICALIBVS

¶DENICALES feriæ colebant cũ hominis mortui causa familia purgabatur. νέκρον. n. græci mortuum dicunt. hæc ex Pompeio Festo ad literam.

DE DECVRSIONE

¶DECVRSIO quamq̃ omnino ad sacra pertinere alicui non uidebitur, tñ qđ fuerit libello huic inserere haud me pigeat. Decursio erat quæ fiebat nonnunq̃ in funere nonnunq̃ extra funus. quando peracto (ut ait Liuius) lustrationis sacro exercitus & diui Sæbifariam duæ acies cõcurrebant ad simulachrum pugnæ. Extra funus arbitror fuit quam Nero indixit teste Suetonio. In funere uel ob funus eorum militum qui stato die quot annis circa Drusi sepulchrum currebant, ut idem Suetonius tradit.

DE ELEVTHERIIS

ℭEleutheria festa fuere: quę Ioui Eleutherio hoc est Liberatori Græci statuere trecentis Persarum millibus cu3 Mardonio duce: deletis apud Plateas Boeotiæ oppidũ Sub cytherone ut Strabo testatur. De Ioue Eleutherio diximus in libello: cui titulus sit de cognominibus deorum.

DE EPVLIS

ℭSupra e Macrobii sententia demonstrauimus Epulas festis diebus ut sacrificia & ludos cõtineri. Sunt aũt Epulæ cibi uel conuiuia publica quę in propatulo siue tẽpli dedicatiõe siue in funere siue in triũpho siue ludoꝝ causa exhibent. Has q Ioui cæterisq3 deis idicebãt Epulones nocabant. ut scribit Festus. viri qdẽ summę auctoritatis Flaminibus Auguribus Quindecem viris pares. Initio tres postea septem fuere. Hinc illud est Iuue. Quis fercula septe3. Secreto cenauit auus. Etiam si alii sec9 sentiãt. Plinius Iunior ꝺ Mario prisco modo ꝯsularis modo Septemuir epulonũ inqt.

DE EQVIRIIS

ℭLegimus apud Pompeiũ festu3: quem patrem antiquitatis merito appellauerim: Equiria fuisse ludos: quos Romulus Marti instituit per equoꝝ cursum in campo martio. Ouidius bis Equiria Marti exhibitu3 fuisse canit semel martio: iterum mense aprili. De primis ita Iamq3 duæ noctes re

ſtant de menſe ſecundo Marſq; citus iunctos cur ribus urget equos. Ex uero poſitum pmanſit Eq- ria nomen Quę deus i campo perſpicit ipſe ſuo. De ſecundis ſic. Altera gramineo ſpectabis eqria campo Qué tyberis curius in latus urget aquis.

DE FEBRVATIS

FEBRVATA dies expiationis gratia menſe fe- bruario a veteribus inſtituta. nomine alio Lupca lia nominata fuerũt. hec & plura Plutarchus in Romuli uita. & nos haud pauciora i Lupcalib⁹.

DE FERALIBVS

FERALIA que ſint atq; unde dicátur docet ille noſter Pompeius feſtus ita ſcribens Feralia diis Manibus ſacrata feſta á ferendis epulis ſeu a fe- riendis pecudibus appellata. Varro non ſolum a ferendo ſed etiam ab Inferis feralia dici oſten- dit referam eius uerba Feralia inqt ab Inferis & ferendo quod ferũt tum epulas ad ſepulchrum. quibus ius eſt ſibi parẽtare. Eſt autem Parentare parentum manibus iuſta hoc eſt ſacrificia præbe re. utrumq; oſtẽdit Ouidius ita cõcinens Eſt ho- nor & tumulis animas placare pr̃nas Paruaq; in extructas munera ferre pyras. Parua petunt Ma- nes. pietas pro diuite grata eſt Munere. non aui- dos ſtyx habet ima deos. Tegula porrectis ſatis eſt uallata coronis Et ſparſę fruges paruaq; mica ſalis Inq; mero mollita ceres uiolæq; ſolutæ. Hęc habeat media teſta relicta uia. & mox (unde & fe

ralia dicātur) scribens ait Hanc quia iusta ferūt dixere feralia lucem. Vltima placādis Manibus illa dies. fiebāt autem. XII. Kalen. Martii. ut Ouidius ipse docet.

DE FERIIS

FERIAE dies erant: qbus ab opere cessabatᷓ. dictę (ut scribit Festus) a feriēdis pecoribus vnde feriare ocium agere. & feriatus ociosus. In q̄ sensu Martialis illud est Nec feriatus ibat ante carrucam. Item Papinii. qui ait Et musæ procul ite feriatæ. Feriaꝝ auctore Macrobio alię publicæ. aliæ priuatæ. Rursus publicaꝝ aliæ conceptiue: alie Imperatiue: alie nundinæ. Statiuæ erāt vniuersi populi cōmunes: q̄ certis & ꝯstitutis diebus fiebant qbus ꝑcipue seruanᷓ Agonalia: Carmētalia: Lupercalia. Cōceptiuæ que quot annis a magistratibꝰ uel sacerdotibꝰ ꝯcipiebanᷓ in dies certos uel incertos. ut sunt Latinæ. Sementinæ. Paganalia. Compitalia. Imperatiuæ q̄s Cōsules uel prætores pro arbitrio potestatis indicebāt. Nundinæ paganoꝝ erant. i. rusticoꝝ: qbus conueniebant negociis propriis uel mercibus ꝓuisuri. Priuate feriæ erant ꝓpriæ familiaꝝ ut Claudiæ familiæ seu Iuliæ. & si quas queq; familia ex usu celebritatis domesticæ obseruabat. Item singuloꝝ ut natalium dierum quæ naticiæ dicebanᷓ. & fulguruꝫ & funerum expiatiōes. Item Flaminica quoties tonitrua audiuisset feriata erat donec deos placasset. Affirmabant aūt pollui ferias si in iis opus aliquod fuerit. Ideo per preconem de

nunciabatur ne quod opus fieret. & præcepti negligens multabatur. Scæuola iurieconsultus interrogatus quid feriis agi liceret respōdit quod prætermissum noceret, ut bouem in foueam lapsum potest feriaru3 die sine piaculo quis extrahere. Tale Maronis illud Quippe et festis quædam exercere diebus Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla Religio uetuit. Segeti prætendere sæptem. Insidias auibus moliri: incēdere uepres. Balantumq; gregem fluuio mersare salubri. contra Iudeo℞ superstitionem quibus septima quæq; fuit lux Ignaua. & partem uite non attigit ullam. Sicut ait Iuuenalis. Fatui res serias agere Saturni die nefas putāt. ut p Sabbata Vespasiano irruēte cum arma noluerint capere urbem amiserint.

DE FAVNALIBVS

Faunalia dies erat Fauni festus. iis nonis decembribus agebatur teste Oratio qui ait Faune nympha℞ fugiētium amator, Per meos fines & aprica rura Lenis incedas abeasq; paruis Aequus alumnis Si tener pleno cadit hædus anno Larga nec desūt Veneris sodali Vina crateræ. Vetus ara multo Fumat odore. Ludit herboso pecus omne campo Cū tibi nonæ redeūt decēbres Festus in pratis uacat ociosus Cū boue Pardus. & reliqua.

DE FONTANALIBVS

Fontanalia a fonte quod iis dies feriæ eius ab eo tum infontes coronas iaciunt: & puteos

coronant. Si nescis cuia sint. Varronis uerba hęc esse non te fugiat. Iis ea subiiciantur quę Festus. Fontanalia inquit fontium sacra. Vnde & Rome Fontanalis porta.

❧ DE FORNACALIBVS ❧

¶FORNACALIA teste Plinio feriæ fuerunt institutæ a Numa Pompilio torrendi farris gratia. Nomen eis a Fornace pistrinensi ad q̃ (ut Festus ait) sacrificium fieri solebat. Ouidius a Fornace dea fornacalia dicta esse demonstrat dum ait Facta dea est FORNAX. læti Fornace coloni Orant ut fruges temperet illa suas. Curio legitimis tunc fornacalia uerbis Maximus indixit. nec stata sacra facit. Sed hic non stata quę tantum indiceretur. Alibi stata fornacalia uocat inqens Sola pri⁹ furnis torrebãt farra coloni Et fornicali sunt Stata sacra deæ. Fiebãt aũt. XII. Kalen. Martii, ut Oui. docet ipse. hãc deam & eius sacra Lactãtius illudens ait. Quis nõ rideat Fornacẽ deã uel potius doctos viros celebrãdis fornacalibus operari?

❧ DE FORDICIDIIS ❧

¶FORDICIDIA sacra q̃ fierint idẽ Varro ⁊ Festus docẽt. Varro qdẽ sic Fordicidia inqt a fordis bobus. bos forda q̃ fert ĩ uẽtre qđ ea die publice immolant̃ boues ꝑgnãtes ĩ curiis. Fest⁹ ita. Fordicidiis boues foruæ. i. grauidę immolabant̃ dicte a fœtu. Oui. q̃q; idẽ scribit qđ Varro docens sacra a Numa Pompilio instituta. XVII. Kalen. Maias.

DE FLORALIBVS

¶FLORALIA feriæ diesq; festus erat. hũc Romani tradente Plinio instituere quarto Kalen. Maii anno qngentesimo sextodecimo ex oraculo Sibyllę ut bene omnia deflorescerent. Varro diem hunc determinat Sole Tauri quartamdecimam partem obtinẽte quo qdem tẽpore plenilunium si inciderit fruges & omnia quę florebũt necesse est lædi. Ouidius aliam ut poeta floralium originem fingit eaq; ĩ fine aprilis & Klen. Maii a meretricibus celebrata alba ueste: adhibitis luminibus: & in quibus feræ nõ quidem pugnaces sed lepores & capreæ præda currerent. causam ipse docet quam sane missam facio ne sim longior. Iuuenalis mulierem impudicam describens inter alia inqt Dignissima prorsus Florali matrona tuba. arbitror quia tuba ad edenda Floralia meretrices accersebant. Sane Flora græce Chloris dicta. Zephyri uxor. & florum dea. ut apud Ouidium est legere. Lactantius christianæ fidei assertor Floram meretricem fuisse scribit: quæ cum magnas ex arte meretricia opes acquisiuisset: populum Romanum inscripsit heredem: certamq; pecuniam reliquit: qua suus natalis celebraretur editione ludorum. qui appellati sunt Floralia. quod quia Senatui flagitiosum uidebat ab ipso nomine argumentnm sumi placuit: pudendæ ut rei quędam dignitas adhiberet Deam finxerunt esse quæ floribus præsit. eamq; oportere placari: ut fruges cuз arboribus & uitibus bene prospereq; florescerent.

DE FVRNALIBVS

FVRNALIA inquit Festus sunt sacra Furinę quã deam dicebant. Varro paulo pluribus Furnalia describit. ea hec sunt ad literam. Furnalia furinæ quod ei deæ feriæ publicę dies is: cuius deæ honos: apud antiqs. Nam ei sacra ĩstituta annua. & flamen attribut⁹. nũc vix nomen notũ paucis.

DE FVNEBRIBVS LVDIS

FVNEBRES ludi sunt: q fiunt in funere alicuius. vnde & nomen. Primus funebres ludos teste Plinio Acastus in Oleo inuenit. Olim funera ad tubæ & tibiæ sonum efferebant. Sed ad tubas maioris ætatis. minoris ad tibias. ut a Seruio scribitur. hinc tubæ & tibiæ funebres dictę.

DE LVDIS GLADIATORIIS

GLADIATORII ludi erant: quos imperatores dabant ad bellũ ituri. siue ut ciuium sanguine litato fortuna se pugnaꝝ specie satiaret. Siue (qđ est uerisimilius) ne in prælio Romani timerent hostes: ante domi in hisce ludis pugnas & vulnera edocti. ut scribit Iulius Capitolinus. Eadem & in funere spectacula exhibebantur. existimantibus Inferos gladiatorum sanguine expirari. Valerius maxi. tradit quemadmodũ. M. & Decius Bruti filii primum gradiatorium munus in foro dederunt funebri memoria patris cineri honorando.

DE HYACINTHIIS

HYACINTHIA Lacedemoniis sacra fuere, quę Apollini celebrabant hedera coronati auctore Macrobio, nomē eis ab Hyacintho quē ab Apolline amatum fuisse omnibus ꝯstat. De utroq; hoc est puero & sacris sic Ouidi. Nec genuisse pudet sparten hyacinthon. honorq; Durat in hoc æui, celebrandaq; more Priorum Annua prælata redeunt hyacinthia pompa.

DE HILARIIS

HILARIA festa solennia. & hęc ab antiqs celebrata fuere ad octauū Kalen. Aprilis. quo primū tempore Sol diem longiorem nocte ꝓtendit, ut scribit Macrobius. tamq̃ omnia tunc Hilaritate mulceantur. Herodianus insinuat Hilaria deum matri dedicata fuisse quo die cūctis ludendi lasciuiendiq; licentia passim permissa fuerit. De iis Flauius Vopiscus ītellegit dum Aureliani uitam exordiens inquit Hilaribus qbus omnia festa & fieri scire debemus & dici impletis solennib⁹ uehiculo suo me & iudiciali carpēto ꝑfectus urbis uir illustris ac ꝑfata reuerētia nominādus Iunius Tyberianus accæpit. ibi cū animus a causis atq; a negociis publicis solutus ac liber uacaret. &c.

DE HORDEACIIS

HORDEACIA ueteres diem appellauere: q̃ hordæ idest grauidę hostię immolabant. scribit hoc

uetereꝝ sacrificioꝝ enarrator Sex. Pompeiꝰ Festus.

DE HVMANO

HVMANVM Pompeius Idem quo mihi ad sacrificia ueterꝝ enarranda nemo magis opitulatur sacrificium fuisse tradit: qđ mortui causa fiebat.

DE INFERIIS

Apud eũdem Auctorem sic legebamus Inferię sacrificia quę Deis Manibus fiebant. qđ & Catullus docet illo non minus pio q̃ eleganti de morte fratris epigrammate.

Multas per gentes & multa per æquora uectus
 Aduenio has miseras frater ad Inferias.
Vt te postremo donarem munere mortis.
 Et mutum nequicq̃ alloquerer cinerem.
Quando qdem fortuna mihi tete abstulit ipsum.
 Heu miser indigne frater adempte mihi.
Hæc tamen interea prisco quæ more parentum
 Tradita sunt tristeis munere ad inferias
Accipe fraterno multum manantia fletu.
 Atq; in perpetuum frater aue atq; uale.

DE ISTHMIIS

ISTHMIA ludi fuere Neptuno a Theseo istituti in Isthmo. Vnde & nomẽ tam ludis q̃ deo est. uti Strabo & Plutarchus docent. Et si qdam opinantur (ut Plutarchus ait) Isthmia in Scyronis honorem a Theseo inuenta & instituta fuisse, hos

Corinthii celebrabant. in qbus tamen Athenienses, si ad eos accessissent, sedentes oībus Thesei instituto praeferebant. habes qd Plutarchus. Caeterum Lactātius Papinii interpres Isthmia in honorē Palemonis fieri scribit, cuius uictores pinu coronarētur. Plinius Isthmiacos ludos qnquennales fuisse docet. sic. n. scribit Isthmi pars altera cum delubro Neptuni qnquēnalibus inclyto ludis. Quintus ēt Curti⁹ meminit ludrici Isthmiorū: qđ ꝯuentu (ut ait) totius Graeciae celebraret.

DE IVSTIS

IVSTA sunt sacrificia mortuoꝝ. dicta qm̄ iure fiant. Ouidius de feralium die Hanc qa iusta ferunt dixere feralia lucem. Idem Et dederat miseris omnia iusta rogis. Festus in descriptiōe Praecidaneae agnae mortuo iusta facere interpretatur glebam obiicere. qđ facere mos illis erat priusq̄ nouas fruges gustarent. Hec feralia inferiaeq; & Exequiae nominantur.

DE IVVENALIBVS

IVVENALES ludi fuerunt pro salute iuuenū instituti. Sicut Plebei ꝑ libertate plebis facti. Nero tradente Suetonio Iuuenales edidit ludos: qbus senes quoq; ꝯsulares anusq; matronas recepit ad lusum. Refert Iulius Capitolinus Gordianū edidisse ludos Scaenicos & Iuuenalia ꝑ quatriduū. De iis Sidonius apollinaris Iam famę Iuuenalibus peractis. Festus meminit de sacris Iuuentutis

que ut ait Iuuenibus instituta fuere.

DE LATINIS FERIIS

Supra de Feriis loquuti Latinas ferias e Conceptiuarum genere Macrobi. secuti esse diximus. hinc Varro Latinas ferias diem cōceptiunm appellat. Latinasq; dici ait a Latinis populis qb⁹ ex albano monte e sacris carnem petere cū Romanis ius erat. harū olim feriis quadrigę certabant in capitolio. Victorq; Absinthium bibebat maioribus arbitratis sanitaté honorifice dari. ut Varro alter latine linguæ Plinius credit Dionysius halycarnaseus Latinas fieri tradit Ioui latiali ab urbibus. 47. ferriq; in eas ab aliis caseos, ab aliis lac, ab aliis agnos. uno aūt tauro ab oībus cōmuniter immolato statuta; partem a quaq; urbe accipi quod pro omnib⁹ sacrificetur. principatūq; sacrorum a Romanis haberi.

DE LAVRENTALIBVS

LAVRENTALIA (uti Festorum traditor Festus enarrat) Laurentiæ Faustuli coniugis & Romuli Remiq; nutricis festa fuere. Varro & ipse festoruз enarrator Laurentinas ferias uocat a Laurentia q̄ Acca ét dicta fuerit nominatas. cui⁹ hic libuit carmen ponere ut Laurentalia scribédum esse ostendam cum. u. litera in prima syllaba non Laréría & Lareutalia sicut Lactantii & Macrobii necnon Plutarchi uulgo impressi codices habent. apud quos sane auctores uarie referuntur de Laurenta

lium origine opiniones. Oui. q̄dem sic ait Non ego te tantę nutrix Laurētia gētis Nec taceā uras Faustule paup. opes. Vester honor ueniet cū Laurētalia dicā. Acceptus Geniis illa december hēt.

DE LEMVRIIS

Porphyrio explicans illud oratianū Nocturnos lemures portentaq; thessala rides. ita scribit Lemures putant hoīum esse post mortē uagantes umbras. dictos q̄si remures a Remo: cuius occisi umbras frater Romulus placare cū uellet Lemuria instituit hoc est Parētalia: q̄ mēse maio p triduū celebrabanť ante additū anno mēse Februarium. ob quā rem maio mense nubere religio est. hic Lemurioꝝ originē scribit multis carminib⁹ Naso. quoꝝ hec in meo libello recitasse sufficiat. Rit⁹ erit ueteris nocturna Lemuria sacri. Inferias tacitis Manib⁹ illa dabūt. & mox ŏ Romulo lucemq; Lemuria dixit Illam, q̄ positis iusta feruntƒ auis: Aspera mutata est in lenem tpe lōgo Litera, q̄ toto noīe prima fuit. Mox ēt Lemures animas dixere silentū. Hic sensus uerbi uis ea uocis erat.

DE LIBERALIBVS

LIBERALIA erant Liberi patris festa quę a græcis dicunť Dionysia. Neui⁹. Libera lingua loquamur ludis liberalib⁹. hoc Pompei⁹ Festus. q alibi quoq; huiuscemodi ludos honorarios uocat. de iis Varro aliter. Liberalia inqt' dicta qŏ p totum oppidū eo die sedent sacerdotes Liberi anus hedera coronatę: cum libis & foculo pro emptore sacrificātes. Diuus Augustinus ex snīa. M. Varro-

nis refert sacra Liberi in cōpitis Italiæ celebrata tanta licentia turpitudinis ut in eius honorē pudēda uirilia ēt in ꝑpatulo colerent plostellis imposita. In Lanuuio oppido matronas honestissimas uirili membro p forū pompabilr trāsuecto coronā oībus uidētib⁹ sępe coactas imposuisse.

✤ DE LVCARIBVS ✤

Traditū ē memorię a Pompeio Festo quem haud iniuria hierographon hoc est sacroꝝ scriptorem appellauerim: Lucaria festa fuisse quę in luco Romani colebant: q permagnus intra mare & salariam ac tyberim fuit pro eo qđ uicti a Gallis fugientes e prœlio se in ipso occultauerunt.

✤ DE LVDIS ✤

Sacrę celebritatis ludos esse. ō. ostēdimus. nam ut sacrificia & ferię atq; epulę ita Ludi festis diebus insunt auctore Macrobio. Ludoꝝ celebrationes inqt Lactātius deoꝝ festa sunt. Siqdē ob natales eoꝝ uel tēploꝝ dedicatiōes sunt ꝯstituti. & primū uenatiōes Saturno. Ludi scenici Baccho. Circēses Neptuno. Paulatim uero & ceteris deis idē honor dari cœpit. singulisq; nominibus eoꝝ cōsecrati. Liuius & Valerius ludoꝝ causam instituēdoꝝ pestilentiā fuisse scribūt q̄ Sulpitio & Licinio ꝯsulib⁹ ita Romā afflixerat ut plus exqsito & nouo cultu religionis q̄ in humano ꝯsilio positum opis uideret. Itaq; placandi celestis numinis gratia cōpositis carminib⁹ aures ꝓbuit. mox

iuuentus rudi atq; incomposito motu corporum gest⁹ adiecit accersito ludio seu histriõe ex ethruria q nouitate grata Romanorũ oculos permulsit Paulatim deinde ars ludicra ad Satyrarũ perrexit modos, a qbus primus omniuz Poeta Liuius ad fabularũ argumenta spectantiũ oculos & animos trãstulit. Tantus ludorũ paulatim Romanos cæpit amor rebus ex bono in peius ruentibus ut eos scribat Orosius libere cõclamasse sibi a Gothis nihil factum esse. nihil egisse Gothorũ enses atq; incẽdia si pcederet spectare Circenses quos & Romanos & magnos ludos alibi diximus appellatos. Oui. Megalesia primos ludos fuisse ait. Sic & Liuius ut ibi dicem⁹. Horũ p multa gñã de qbus uti supra sic & infra suo loco sermo fuerit.

DE LVPERCALIBVS

¶LVPERCALIA teste Oui. festa erant Fauni q & Pan dicitur celebrata. xx. Klen. Martii Festus iunonis ferias esse ait quo die mulieres februabãtur idest purgabantur a lupercis pelle iunonis. q̃ ob causaz is quoq; dies februatus nominabatur Varro sic Lupercalia inqt dicta sunt qǒ in Lupercali sacra Luperci faciũt. Rex cũ ferias menstruis nonis Februariis dicit hũc diem februatũ appellat. Februum Sabini purgamentum. Et id nostris in sacris uerbum sonat. Quod & Oui. docet pluribus rationibus in secũdo libro Fastorum. Sunt igit Lupcalia teste Varrone a lupercali dicta Est aũt lupercal locus ubi Romulum & Remum lupa lactauit de quo Oui. Illa (de lupa loquitur)

loco nomé fecit. locus ille luperral Magna dati nutrix premia nomen habet. Quis uetat Arcadię dictos a monte Lupercos? Faunus in Arcadia tépla Lyceus habet. Nupta qd expectas? nõ tu pallentibus herbis Nec prece nec magicꝙ carmine mater eris. Excipe fœcũdæ patiéter uerbera dextræ. Iam socer optati nomen habebit aui. Quidá inueniunt referente Quintiliano q lupcalia treis partes orationis esse cõtendant luere p caprũ. ut Solitaurilia ex sue oue & tauro. Sed hęc (ut ait) non tam ex tribus q̃ ex particulis trium coeunt. hęc a lupercis nudis. xv. Klen. Martii celebrabãtur: & (ut scribit Liuius) p iocum atq; lasciuiam lycęum Pana uenerantibꝰ ex Euandri institutione. Propterea Vergil. ait Hinc exultantes Salios nudosq; lupercos. Iustinus uidet ostédere nudos cucurrisse ad imitationem Panos: cuius simulachrum nudum esset caprina pelle amictum. Currebát aũt hisce pellibus obuios uerberantes, ad eaq; uerbera matronæ se ultro offerebant: existimantes id ad fœcunditatem esse conducibile. ut Ouidii carmina supra a me citata ostendũt. nec non Propertius ð iis sacris loqués Verbera pellitus setosa mouebat arator Vnde lycens Fabius sacra lupercus habet. Plutarchus aliaʒ affert causam quare Luperci pellibus obuios cędebát. quá tu ipse in problematibus (si fuerit cordi) leges. Liuius lupercal ludicruʒ in mõte palatino fuisse ait. ibi & hoc notandũ lupercal ενικὸν hoc est singulariter dictũ. Græce λύκαια idest Lycæa Lupcalia nominant. ð Lupercalibus seu Februatis meminit ét Plutarcus in uita Romuli, & Dionysius

halycarnaſeus in ꝓ antiqtatum romanaꝝ libro.

De lustriis et lustrico die

Lustria dies erat Vulcano ſacer luſtrandis tubis: quaꝝ ipſe fuerit artifex: deputatus. Eſt aũt luſtrare expiare & purgare. vnde dies Luſtricus: quo infantes luſtrabant. eiſq; noia imponebãtur. de q̃ Feſtus & Macrobi⁹ ac Plutarchus. Et ad luſtria ut redeamus fiebãt illa. XIII. Klen. Iunii. docet Oui. dũ ait Maium mẽſe; deſcribẽs Proxima vulcani lux eſt quã luſtria dicunt Luſtrant puræ quas facit ille tubæ. hęc illa quę Tubiluſtria Varro & Feſtus uocant. de q̃bus ſuo dicemus loco.

De matralibus

Qui toties citandus mihi occurrit Pompeius Feſtus Matralia fuiſſe ſcribit matris matutę feſta. Eſt aũt Matuta dea: quę Ino & Leucothea dicta fuit. ut ſcripſimus in ope de cognominib⁹ deoꝝ. Idem qđ Feſtus canit & Ouidius docens matralia Matutæ deæ fieri Iunio meſe in Circo maximo: & cauſas quare liba ruſtica ſumerentur: nec licebat ancillis ad ea ſacra accedere.

De matronalibus

Calendis martiis mariti pro cõſeruatione cõiugii ſupplicabant. feſta hęc matronaꝝ ꝓpria fuere. vnde Matronalia appellata. hoc Acron ſuper illud oratianum Martiis celebs quid agam ca-

lendis Quid uelint flores & acerra thuris Plena miraris positusq; carbo Cespite uiuo: Festus a matronis calendas martias celebrari prodit. qa eo die Iunonis Lucinę ædes coli cœpta sit Ouidius duas huic causas addit uel ꝑpter fœcūditatem: nam tūc fœcundus ager pecoris. tūc hora creandi. uel qđ illo die Sabinæ habito cōcilio in æde Iunonis ex Hersiliæ cōsilio progressæ in medias acies ROMANORꝜ & SabinorꝜ diremerunt pugnas & generos soceris Soceros generis consociarūt. Harum ultimam Plutarchus sequit̄ ita scribens matronalia compositi belli monimentū matronis tributa. Sane in hisce Klendis munera fœminis mittebantur. Vnde Martialis eas Saturnalia mulierum appellat. Vespasianus tradente Suetonio Sicuti saturnalibus dabat viris apophoreta: ita fœminis Calendis Martii.

DE MEDITRINALIBVS

MEDITRINALIA auctore Varrone dies erat a medēdo dictus. quod flamen Martialis dicebat hoc die solitum uinum uetus libaui & degustaui medicamenti causa. qđ facere (ut ait) etiā solent nunc multi cū dicant nouum uetus uinum bibo. nouo ueteri uino morbo medeor. Festus morem hunc Latinis populis fuisse testatur. & a medēdo Meditrinā deā. ab eaq; Meditrinalia nomiuari.

DE MEGALESIIS

MEGALESIA ludi erant magnæ matris. dicta

a Græcis quod ex libris sibyllinis accersita ab Attalo rege Pergami prope murũ Megalesion in tẽplo eius deæ inde educta Romã. auctores sunt M. Varro & Pompeius Festus. scribit Liuius ex sententia Valeri Antiatis hos ludos primos scœnicos extitisse Rome factos ꝓpter ædis deæ dedicationẽ. Ouidius quoq; Megalesia primos ludos fuisse ait. & hac qdẽ causa qm̃ Illa deos peperit. magnæ cessere parenti. Principiumq; dati mater honoris habet. scribitq; celebrari ꝯsueuisse nonis Aprilibus. de ludis megalesiis ita Iuuenalis Atq; a plebeis lõge megalesia. & alibi Interea megalesiacæ spectacula mappæ. Idæum solenne colunt. Gellius scribit Athenis Saturnalia se præsente cum uiris doctis celebrata multis quæstionibus oppido oblectatoriis. quas inter hęc fuerit quam ob causam patitii megalesiis mutitare soliti sunt. Plebs Cerealibus. eamq; disputatã fuisse cum aliis una. Sed quam ibi disputatiõem haud referat. Eqdem apud Ouidium lego Quod bene mutarit sedem Berecynthia mater. uidelicet ex Phrygia Romã. Captant mutatis sedibus omen idẽ hoc est mutua cõuiuia inter se exhibent. Mutant̃. n. sedes cũ ex ꝯuiuiis ad diuersa ꝯuiuia accedimus. ut hoc sit illud qđ Gellius dixit mutitare. Sane Conuiuia id genus sodalitates nuncupantur. quas Cato apud Ciceronem se quæstore ait Sacris Idæis magnæ matris acceptis.

DE MEDIDIIS

¶ Medidia Strabo sacra apud Thraces fuisse

ſcribit ut Cotyttia. Policiauus hęc Bendidia ui- delicet p b literā uocat. ſi exēplaria nō mētiunť.

DE MVNICIPALIBVS

MVNICIPALIA Sexto Pompeio feſto auctore dicebanť ſacra: q̄ ab initio habuerūt ante ciuitatē Romanā acceptaꝫ. q̄ obſuare eos uoluerūt Pon- tifices & eo more facere quo aſſuiſſent atiquitus.

DE NEMEAEIS

NEMEAEA ſacra erāt quę (ut Strabo ait) in ne- mea ſylua fiebāt: quę eſt inter Cleonas & Philū- tem. Lactatius Papinii interpres Nemeæa ſcribit fuiſſe unum ex quattuor primis Gręciæ certami- nibus. quę Papinius p ordinem canat in. vi. the- baidos libro ea ſunt Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemeæa. Olympia in honorem Pelopis cuius uictores oleaſtro. Pythia Apollinis cuiꝰ uictores lauro. Iſthmia Palemonis cuiꝰ uictores pinu. Ne- meæa Archemori cuiꝰ uictores apio coronabāť.

DE NEPTVNALIBVS

NEPTVNALIA (ut apud Varronem habeť) a Neptuno cognominanť. namq; eius erant feriæ.

DE NOVENDIALIBVS

NOVENDIALE ſacrificiū erat: qđ teſte Porphy- rione mortuis fiebat nona die q̄ ſepulti fuiſſent.

tradit autē hoc Porphyrio illud explicans oratianū Neq; in sepulchris pauperū prudens anus Nouendiales dissipare pulueres. Seruius quod Porphyrio sacrificiū: ludos uocat. Festus uero ferias a numero dierū dictas. Liuius nouēdiale sacrum fuisse scribit quādo pluuisse lapidibus nunciatū fuisset. agebantur. n. feriæ (ut ait) per nouē dies. Omitto sacri originem. eam. n. apud ipsū lib. i. ab vrbe ꝯdita tu ipse lectitare poteris: si placebit.

DE NVNDINIS

¶ Nvndinae quę sint diximus in enarratione feriarum. ex sententia Macrobii: cui Pompeius Festus suffragatur. Itē Plutarchus necnon Plinius tradens comitia nundinis haberi non licuisse ne plebs rustica auocaret urbem reuisitās iis addimus Graium Lucinianum scribere tradente Macrobio Iouis ferias esse. Plutarchus nūdinas Saturno ꝯsecratas ait. Addamus & illud quoq; vngues resecare tacenti atq; a digito indice multoꝝ pecuniæ religionem esse ut inquit Plinius. Inuenitur Nundina in numero singulari pro dea Romanorum a nono nascētium die nuncupata: qui lustricus dicitur Macrobio auctore.

DE OLYMPIIS

¶ Olympia ludos Hercules in Pelopis materni aui honorem edidit, ut Solinus, ut Diodorus testis est Ioui patri dedicauit. postea intermissum instaurauit Iphitus ab eoq; prima olympias nu-

meratur, & historia de temporib⁹ uera creditur. prius.n.ut cuiq; uisum est diuersas sententias ꝓtulerunt quemadmodũ Solinus idẽ & Eusebius Cesariensis memoriæ tradiderũt. Strabo Olympiam Pisæ in Arcadia partem esse ait: ubi ludi Olympici semp agebant. Ex quo ludos olympicos dictos existimem. Namq; olympii Iouis aliunde est nomen, si credim⁹ Diodoro. Is.n. tradit Iouem olympiũ appellatũ fuisse ab olympo pfecto, a quo eruditus & ad uirtutem institutus fuit. Fiebant aũt ii ludi quatuor annis ĩ medio expletis. ut scribit Sudas & Eusebius: De illis sane Maro intellegit inqens seu qs olympiacæ miratus prælia palmæ Pascit ęquos. Eosdẽ ẽt per alpheũ fluuiuz signat paulo ante carmen citatũ, dum ait Cuncta mihi alpheũ linquens lucosq; Molorchii cursibus & crudo decernens gręcia cestu. Pisa.n. Elioꝝ oppidum ubi olympici ludi fiebant pfluẽtem amnẽ Alphęum habet teste Plinio. vnde alibi poeta idem Aut alphea rotis prælabi flumina Pisę. Et Iouis in luco currus agitare uolantes. nã & currib⁹ certabat & ibi Iouis olympii delubrũ certamine gymnico & singulari sanctitate uł dei ipsius, Phidiæ opere, simulachro nobilissimũ teste Pomponio Mela fuit: quinetiaz græciæ fastos complexum. ut ait Plinius Apud quem alibi hoc quoq; est legere Olympiæ uictoribus statuas dicari solitum esse, alibi eosdez Oleastro coronari. alibi Euthymum Pyctam semp Olympiæ uictorem: & semel fuisse uictuz. Hoc unum fuit ex quatuor primis græcie certaminibus ut affatim diximus in Nemieis. Sed qm̃ supra de olympiade

fecimus obiter mentionem, haud ab re fuerit aliqua cognitu haud indigna (ni fallor) de illa hic tradere. Seruius honor. exponens illud vergilianum in primo Aen. libro veniet lustris labẽtibus ætas lustris qnquenniis interpretatur. deinde sic infert ad literam bene olympiadibus com putat tempora. qbus qdem uerbis nõnulli existimant Seruiũ sentire lustruȝ & Olympiada idem spatium cõtinere. Quod si est, Seruio & Seruium secutis tam græci q̃ nostri refragant̃ opinatissimi auctores & primo Dionysius halycarnas. libro primo antiqtatũ Romanaꝵ dum ait Ducẽtos & quadraginta quatuor annos cõficere unam & sexaginta olympiadas. deinde Eusebi⁹. Is. n. lib. x. cap. tertio de pręp. euang. Olympiadi quadiennium attribui auctor est. Ex nostris Solinus capi te secũdo memorabiliũ scribit singulis olympia dibus quaternos annos imputari. Idem Censori nus ad cereliuȝ docet iis uerbis Quatuor annoꝵ circuitus : quos Olympiadas uocant ostendit etiam si alii mẽdosum eius codicẽ dicant idem & Paulus orosius libro historiaꝵ ad Augustinuȝ secũdo scribens Olympiadem qnto anno quatuor interiectis solitam exerceri. non. n. olympia dem qnq; annos continere inqt sed exerceri solitam post quatuor annos qnto statim ineunte. ut una olympias quatuor tantũ exactos annos habeat nec plures. Sane idem qđ Orosius Sudas in collectaneis Eusebius ẽt ĩ chronico hoc ẽ tẽpoꝵ breuiario tradit. eius hęc uerba. Elii ãgũt qnquẽnale certamen quatuor annis in medio expletis, in qbus principes anni cõstituunt̃ quatuor: quaȝ

olympiadem Iphitus Praxonidis siue hemonis primus ꝯstituit. Quid? qđ Ouidius ēt demōstrat idem eo uersu: q in quarto libro de ponto sic legitur In scythia nobis qnquēnis olympias acta est: nam si olympiadem sciuisset esse qnq; annoꝝ spacium, nūq̄ (arbitror) qnquennis dixisset, sed ꝓtulit qnquēnis olympias eo modo q̄ annū tredecim aut quatuordecim aut pluriū mensiū dicere interdum solemus. Neq; me hercule Martialis lib. epigrāmatū quarto. Vt q prima nouo signet qnquēnia lustro Impleat īnumeras Brutus olympiadas. Neq; Auso. gallus Fors ērit ut lustrum cū se cumulauerit illis ꝑfectā Proculus signet olympiadem: lustrū & olympiadem indifferēter posuere. ut tot olympias quot lustrū habeat annos. nūq̄. n. hoc Martialis nūq̄ Ausonii carmen dicet.

DE OPALIBVS

¶ OPALIA dicebantur dies festi: qbus Opi deæ supplicabaẗ. ut Pompei festi sunt uerba. Macrobius Saturnalia & Opalia eodem pariter mense q sit december celebrata fuisse ait. qm̄ Opem Saturni esse coniugem credidere. quę cum Saturno una fruges fructusq; omneis inuenerit. Eodē mēse Saturni festa atq; opalia Opis ferias. sic. n. uocat fuisse, docet etiam. M. Varro scribens opalia tertio post Saturnalia celebrari die.

DE OPESIVIS

¶ M. Varro idem: q in antioquoꝝ sacrificiis me-

morandis cum Ouidio & Festo decertat: ii nãq; tres sacrarum celebritatum quæ olim antiqs erant frequentius meminere: auctor est Opemsiuá dici diem a dea Opeconsiua: cuius in regia sacrariũ. quod ideo actum ut eo præter uirgines uestales & sacerdotem publicum introeat nemo. Is cum eat suffibulum haud habeat. scriptum id dicitur ut a suffiendo subligaculum.

DE ORGIIS

Orgia apud grecos sacra Bacchi seu Dionysii fuerunt. vnde Bacchanalia & Dionysia nominantur. Diodorus siculus orgia modo ex Aegypto a græcis translata. modo a Dionysio instituta scribit. Lactantius quoq; Statii interpres exponens illud Et thebana metu iuratus ĩ orgia Ganges Orgia Liberi sacra esse scribit quę ab Indis coli Statius dicat postq̃ adeo supati fuerũt. Seruius Orgia a Græcis sacra omnia uocari testatur Sicut apud Latinos Cerimonias. abusiue aũt orgia Liberi sacra uocitari ἀπὸ τῆς ὀργῆς .i. a furore. siue ἀπὸ τῶν ὀρῶν hoc est a montibus scribit hoc Seruius qñ Maronis illud interpretat̃ Bacchatur qualis commotis excita sacris Thyas ubi audito stimulant Trieterica Baccho Orgia. nocturnusq; uocat clamore Cytheron. Alio Græci nomine dicunt Nyctelia qa noctu fiebant. νὺξ enim τῆς νυκτὸς noctem significat.

DE ORPHAEIS SIVE ORPHICIS

Diodorus siculus quē paulo ante citaui auctor

est Orpheũ ingenio & eruditione p̄stantẽ Orgia Liberi sacra p̄cepisse. ad eaq; nõnulla addidisse. proptereaq; cõpertas a Libero cerimonias a posteris Orphea nominatũ fuisse. Strabo Orphica uocat Strabo inq̃ latinitate Donatus. scribitq; ea apud Thraces initiũ habuisse. Lactãtius firmian⁹ tradit Orphica esse Liberi p̄ris sacra. Orphicaq; appellata ab Orpheo: q ea primus in Græciam duxit: primusq; celebrauit in Cytherone Boeotię monte ubi Liber natus est proximo.

DE OSCHOPHORIIS

OSCHOPHORIA teste Plutarcho solẽnitas fuit apud Athenienses nonis Iuliis in honorẽ Apollinis a Theseo uota. Legumina illis elixabãt simul q; degustabãt. Quinetiam Iresionẽ hoc est ramũ oleæ lana coronatum circumferebant. vnde & Oschophoria nominata. ὄσχος enim ramum & φορέω fero significat.

DE PAGANALIBVS

PAGANALIA cõceptiuas ferias esse s̄m Macrobrii sententiã supra de feriis loquuti ostẽdimus. eis addant᷑ modo quę Varro scribit in hũc propemodum. Paganalia sunt feriæ alicuius pagi. & mox Paganalia inquit sunt feriæ eiusdẽ agriculturæ causa susceptæ. ut haberent in agris omnes pagos. Vnde Paganicæ dictę. Dionysius halycarnaseus aliter quod ipse legas lib. iiii. antiquitatum Romanarum.

DE PALILIBVS

¶PALILIA dicta a pale. q̃ꝺ ei Deæ feriæ fuerint ut Varro tradit. Apud Pompeium festum sic ad literam legit̃ Pales dicebat̃ dea pastoꝝ cuius festa Palilia uocabant̃. uel (ut alii uolũt) dicta parilia q̃m pro partu pecoris eidẽ sacra fiebãt. Sed alibi idem quoq; ait Parilibus Romulus urbem condidit quẽ diem festum p̃cipue habebant Minores. hanc s̃niam sequutus Solinus & urbis natalem hanc diem fuisse demonstrat. & parilia nominat uidelicet p r literam. Sed de partu. Esseq; urbis natalem Parilia ex hoc facile ostẽdit ?it q̃ꝺ in eis nulla hostia mactabat̃ ut dies ille sãguinis esset purus. erat aũt Aprilis uigesimus ut Solinus & Plutarchus atq; Ouidius testant̃. quorum sane Plutarchus non natali Romano pastoralem celebritatẽ Palilia agitata scribit sed pridie illius natalis. Nam Plutarchus Palilia uocat. sic & Ouidius Palilia. a Pale docẽs quemadmodũ eo die Romani in Palis deæ honorem accensis stramẽtis ignem agresti more transiliebant: rem antiqtus actam dum Roma est cõdita agentes: quo qdem tp̃e & pecus & coloni per ignem saltarint tuguriis ardentibus quæ domini sedem mutãtis cremauerant. Ad ritus igitur supra enarratos refertur Propertii illud Annuaq; accenso celebrare Parilia fœno. necnõ Persii. nam & is ait Fumosa parilia fœno. Ad illud aũt quod diximus esse natalem urbis referunt̃ ea quę Suetonius tranqllus scribit de Caio Cæsare decretum inqt ut dies quo cœpisset imperiũ Palilia uocaretur uelut ar-

gumentum rursus conditæ urbis. Apud Dionysium halycarnaseuꝫ in primo antiquitatum lib. impressorum arbitror uitio perperam pro Parilia Parentalia legitur.

DE PALATIARI

¶Palatiar (ut scribit Pompeiꝰ festus ille quo sacrificioꝝ huiuscemodi magis meminit nemo) sacrificiũ fuit: qđ Rome fiebat in mõte palatino.

DE PANICVLARI

¶Panicularis (ut eiusdem Festi testimonio utar) dies erat in q̊ diis oĩbꝰ cõmuniter sacrificabat͛. hũc supra Cõmunicariũ diximus appellari.

De panioniis et panboeotiis

¶Paniónia Strabone auctore sacrificium fuit: qđ uniuersa Ionia Neptuno heliconio operabat͛. dicta Panionia eo modo quo Panboeotia. Idem auctor scribit fuisse sacra: q̃ Palladi apud Coroneam urbem tota Boeotia ꝯcurrẽte celebrabant͛.

DE PANATHANEIS

¶Plutarchus auctor est Panathenea Mineruæ festum fuisse qđ Theseus cõmunẽ celebritatem decreuit. Vnde & nomẽ. Siqdem παν omne. & αθηνα mineruam significat. Nõnulli sunt scribente Hyginio: qui uelint Erichthonium inuenisse Pana-

thenea. & ipsum quadrigis cucurrisse, pro qbus factis inter sidera sit collocatus: q Heniochus.i. Auriga uocetur. Sudas primum ab Erichthonio deinde a Theseo instituta ait. in iis que pueros tantum certasse & uictorem olea coronatum. De hac festiuitate sic ait Eusebius chronographus Agon gymnicus qué panatheon uocāt Athenis actus. Scribit Thucydides Hiparcum fuisse occisum ab Hormodio & Aristogitone tyrannidicis dum pompa magnoꝝ Panatheneoꝝ ordinat̃ ab Hippia. Isocrates (qͦ Cato meminit apud Ciceronem) anno quarto & nonagesimo ætatis librū scripsit q Panathenaicus inscribit̃ hoc est in quo Panathenea Atheniēsiūq; festiuitates explicabāt̃.

DE PARENTALIBVS

¶ PARENTALIA dicuntur omnia sacrificia quę mortuis fiunt. Vnde parentare sacra mortuis facere. hęc Iusta Feraliaq; & Inferiæ atq; Exequie q̃uis quidam separent appellantur. Parentalia describit Ouidius dum inqt Est honor & tumulis animas placare pr̃nas Paruaq; in extructas munera ferre pyras. Mendum est apud Dionysium halycarnas. in libro. j. antiqtatum Parilia describentem. ibi. n. parentalia pro parilia legitur, cum hęc sacra maxime differant.

DE PENETRALI

¶ PENETRALE sacrificium auctore Pompeio Festo dicebatur quod in interiori parte conficieba-

tur. Vnde & nomen. Penetrare.n. (ut Idem alibi ait) est penitus.i.intrinsecus intrare. Et penetralia quę in intimis sunt partibus. Vergilius Aeternumq; adytis effert penetralibus ignē.Idem alio in loco Festus penetralia scribit esse Penatium deorum Sacraria. Alibi quoq; meminit dei penetralis: qui sit Herceus Iupiter: quem intra conseptum domus colebant.

DE PISCATORIIS LVDIS

Idem q mihi ad omnia præsto est Pompeius Festus tradit Piscatorios ludos fuisse: q pro piscantium quæstu fiebant.

DE PYTHIIS

PYTHIA ludos fuisse in honorē Apollinis: appellatosq; a Pythone serpēte quē de⁹ mł'tis uulneribus exhausta pene pharetra ꝯfecerit adeo uel Ouidii carmine notū ē ut mihi rē plurib⁹ conāri ostēdere oratianū illud dici queat Cib⁹ ł lippis notū & tonsoribus hoc est. Sed Strabo ēt de Pythiis certamine eqstri ac gymnico facit mētionē.

DE POPVLIFVGIIS

POPVLIFVGIA dies nominatus uidetur: qđ eo die populus Romanus mense Iunio repente fugerit. non multo.n. post hic dies q̄ decessus Galloru; ex urbe populi ut Ficuleates ac Fidenates & frutimi alii contra nos iurauerunt. Scribit hoc

M. Varro antiqtatis diligentissimus obseruator. Populifugiorum Macrobius quoq; meminit.

DE LVDIS PLEBEIS

PLEBEI ludi Sæpe nominant a Liuio. Eqdem ludos plebeios apud Asconium Pedianu3 fuisse comperio illos: quos exactis regibus ꝓ libertate plebis fecere. uel ꝓ reconciliatiōe plebis post secessionem in auentinū ut Asconius: ut Liuius aliter. Plebs enim tradente Liuio bis a Patribus secessit semper in sacrum montem trans Anienem tria millia passuum ab urbe. primu3. A. Verginio T. Vetusio Consulibus. iterum sub Decemuiris.

DE PORTVNALIBVS

Vir doctissimus undecūq; Varro (ut Terentiani utar endecasyllabo) scribit Portunalia a Portuno dicta. cui eo die ī portu tyberino facta ędes & feriæ institutæ. Portunus deus a Latinis. a græcis Palemon uocatur. de quo affatim diximus in libro quē inscripsimus de cognominibus deoꝝ: & eo qdem loco ubi marini dei enarrantur.

DE PROTERVIA

PROTERVIAM descripturus quo potius quam Macrobii testimonio utar? cū inter classicos latinæ linguæ auctores siue doctrina siue eloquentia placeat maxime habeatur. Is eni3 hęc dignissima memoratu de Proteruia memorię tradidit.

Sacrificiũ apud veteres fuit quod uocabaẽ Proteruia. In eo mos erat si quid ex epulis superfuisset igni cōbureref. hinc Catonis iocus. nãq; Albidium quendam qui sua bona comedisset & nouissime domũ quę ei reliqua erat incẽdio amisisset proteruiam fecisse dicebat quod comesse nõ poterat id combussisse.

DE POPVLARIBVS

POPVLARIA sacra Labeo scribit eẽ quę omnes ciues faciunt. nec certis familiis sunt attributa ut Fornacalia Parilia Lararia.

DE PVBLICIS SACRIS

PVBLICA sacra quę sint supra diximus ex sñia Pompei Festi ĩ epistola seu prhœmio huius opusculi. Illis in præsentia hęc accedãt. Sacra publica dicta fuisse sacra bonę deæ qm̃ id pro populo sacrificium agebaẽ. de quo ita Cicero scribat. Sacrificium bonæ deæ fit per uirgines uestales. fit p populo Romano. fit in ea domo quę est in imperio. fit incredibili cerimonia. De iis intellegit Iuuenalis dum inquit Atq; utinam ritus veteres & publica saltem Iis intacta malis agerẽtur sacra. Sed omnes Nouerũt Mauri atq; Indi quę psaltria penem Maiorem q̃ sint duo Cæsaris anticatones Illuc testiculi sibi conscius vnde fugit mus Intulerit. ubi uelari pictura iubetur Quęcũq; alterius sexus imitata figuram est. De iis Suetonius tradens Clodium inter publicas cerimonias pe

netrasse ad Pompeiam uxorem Cęsaris muliebri ueste. Sed qđ modo Iuuenalis ostendit in sacris bonæ deæ masculorꝫ quoqꝫ picturas animalium quę ibi fuissent ꝑtegi solitas significās: multo magis abesse debere uiros: docet ét Seneca in epła septima & nonagesima ad Lucilium cuius uerba tu ipse legere poteris. Mihi sufficiat auctorem & locū ostēdisse: ubi queras. Quinetiā Cicero post ea quę paulo ante citaui infert qđ uiris scire non licet ne qdem nomen bonæ deæ. Cui Propertius astipulatur scribens nulli uiro sacra huiusce deæ impune patefacta vnq̄ fuisse. qm̄ subito q uiderit luat pœnas. Id qđ ét & tu ipe lectitare poteris in elegia quę sit antepenultima quarti libri. Quidā auctore Macrobio bonā deam esse Medeam putant qđ templū eius uirum introire nō liceat pp iniuriam quam ab ingrato uiro Iasone passa est. Apud græcos θεὸς γυναικεία dicit. quā Varro Fauni filiam tradidit adeo pudicam ut extra γυναικωνῖτιν hoc est locū ubi mulieres uersant̄ nūq̄ sit egressa. nec eius nomen in publico fuerit auditū. nec uirum vnq̄ uiderit. uel a uiro uisa sit. propter quod neqꝫ uir eius templum ingreditur.

DE QVINQVATRIIS VEL QVINQVATRIBVS.

Ouidius poeta (ut Seneca & Lactantius uocant) ingeniosus. ut ego soleo dicere ipsum ingeniū Quinquatria fuisse docet festa Mineruæ quę martio mense fierent. dicta a numero dierū. quarum prima sanguine uacabat. nec fas concurrere ferro. Causa quod est illa nata Minerua die. Alte-

ra tresq; super strata celebrantur harena. Ensibus exertis bellica læta dea est. Verũ ingeniis eadem præest ipsius Ouidii testimonio: qui mox dicat Pallada nunc pueri lætæq; ornate puellæ. Qui bene placarit Pallada: doct⁹ erit. & subdit Mille dea est operũ. certe dea carminis illa est. hinc Satyricum illud Eloquiu3 ac famam Demosthenis aut Ciceronis Incipit optare. & totis quinquatribus optat. Quisquis adhuc uno partam colit asse Mineruam. Augustus Cæsar in quadam ad Tyberiũ epistola se quinquatrus satis iucunde egisse. lusisse enim totos dies forumq; aleatorium calefecisse testatur. ut si nostri sæculi Principes sacris diebus etiam ipsi ludunt non faciant sine magni uiri exemplo. Sed cur tantum uitia. cur non eius uirtutes etiam imitantur? Pompeius Festus (neq; enim hoc mihi quinquatria explicanti omittendum fuit) auctor est Quinquatrum esse tantum festiuum diem. Sed age illius uerba referantur. Quinquatrus inquit festiuus dies. dictus quod post diem quintum celebraret ut triatrus & sexatrus & septenatrus/& decenatrus uel decumatrus. Idem scribit &. M. Varro in secundo libro de lingua latina. Veru3 enim uero apud Festum quem tradere pauloante dixi quinquatrum dumtaxat diem festiuum esse alibi sic legitur. Minusculæ quinquatriis appellabantur idus Iuniæ. quod is dies festus erat tibiciniu3 qui Mineruam colebant. Quinquatrus proprie dies festus erat Mineruæ martio mense. Ergo duo fuere Quinquatria. quod & Ouidius canit altera. xv. Calen. Aprilis. altera idibus Iunii.

DE QVIRINALIBVS

Traditum est memoriæ apud Varronẽ Quirinalia a Quirino dici, qđ huic deo feriæ essent & eoꝶ hominum q suis fornacalibus non fuerũt feriati. Festus addit eadem sacra Stultoruꝫ ferias appellari. causaꝫ Plutarchus refert qa hũc diem illis assignauerunt q cuius essent tribus ignorauere: uel iis q nõ ut alii tributim Fornacalibus rem diuinam fecerunt aliquo modo impediti uel qđ diem ignorassent hoc tempore illius festi recuperandi potestas data esset, ut hoc fit quod Varro ait a nobis supra citatum Quirinalia esse eoꝶ hominũ q fornacalibus suis nõ fuerunt feriati. Ouidius quoqꝫ causam reddit quamobrem Quirinalia stultoꝶ festa dicerent. & eam qde; quę primũ a Plutarcho redd. Id quoqꝫ docens Quirinum Romulum esse Siue qđ hasta curis priscis est dicta Sabinis. Seu qa Romanis iunxerat ille Cures Siue suo regni nomen posuere Quirites Multaqꝫ romulea bella peracta manu. Fuerunt aũt Quirinalia (ut docet Ouidius) .XII. Klen. Martii.

DE REGIFVGIO

REGIFVGIVM (sicuti legit apud Pompeium Festum) sacrum dicebãt: quo die Rex Tarqnius fugit e Roma. Sed cur magis regifugiũ q̃ Tyrannifugiũ aut Tarquinifugium? arbitror qa regum nomen alibi magnum: Rome inuisum & (ut ait Liuius) intollerabile fuit. Eiectus est aũt Tarquinius cũ filiis. VI. Klen. Aprilis anno sui regni qn

to & uigesimo: ab urbe condita. CCXLIIII. Sacrũ tñ ꝑ fuga fiebat. VI. Klẽ. Iunii, ut docet Ouidius.

DE ROBIGALIBVS

¶Ille cuius testimonio neq; me hercule inuitus toties utor Pompeius festus auctor est Robigalia diem fuisse festum. VII. Klen. Maias quo Rubigo deo: quẽ putabãt robigine; auertere: sacrificabãt. Sed &. M. Varro idem significat ita scribens Robigalia a Robigo deo festa ẽm segetes. Deo huic sacrificabat ne rubigo segetem occuparet. Alibi quoq; idem Rebigu; tradit vnũ esse ex. XII. deis Consentibus agricolarũq; ducibus: quo ꝓpitio fruges & arbores robigo non corrũpit. Itaq; Robigo feriẹ Robigalia. A. Gellius Rubigi meminit dei quẽ placari oporteat ut mala a frugibus natis amoueantur. Ouidius etsi non nominat Robigalia tñ describit inquiens Aprili mense flamminem rubiginis auertẽdæ causa. in Robiginis deæ templo focis thure uinoq; elatis ouem & canem mactasse. q tñ prius deam ita ꝓcatus fuerit Aspera rubigo parcas cerealibus herbis Et tremat in summa leue cacumen humo. Tu sata syderibus cæli nutrita secundi Crescere dum fiant falcibus apta senas. Vis tua non leuis est. quẹ tu frumenta notasti Mœstus ĩ amissis illa colonus habet. Nec uenti tantum Cereri nocuere nec hymbres Nec sic marmoreo pallet adusta gelu. Quantu; si culmos Titan incalfacit udos. Tũc locus est iræ diua timenda tuæ. Parce precor scabrasq; manus a messibus aufer Ne ue noce cultis. posse nocere sat

est. Ne teneras segetes sed durum amplectere ferrum. Ex iis uerbis satis superq; satis patere arbitror Robiginem siue Rubiginem, utrũq;.n. dicitur esse tum deam tum vitiũ quo Culmi pereũt. ut Seruii honorati uerbis utar Maronis illud interpretatis ut mala culmos Esset robigo segnisq; horreret in aruis.

DE SATVRNALIBVS

¶De saturnalibus Varro ita scribit Saturnalia a Saturno dicta. qđ eo die feriæ eius. Macrobius multis & sparsim Saturnalia describit: quę paucis vnũ in locum nos ita congessimus. Saturno in Italia mortuo Ianus cuį ara simul sacra instituit Saturnalia nominata. Alii a sociis Herculis q ab ispania in Latio remanserunt. Alii a Pelasgis q venere in Latium suis a sedibus pulsi Saturnalia instituta fuisse tradunt. Lucius Accius in græcia hoc solenne incœpisse ait Cronia nuncupata. Sunt q Rome primũ regnante Tullo Hostilio cœpisse scribant uno tantũ die hoc est. XIIII. Klen. Ianuarii celebrata, Sed postea in triduum duobus a Cæsare adiectis propagata. Inde in septimum diem extera addita Sigillarium celebritate: quę dies eos feriatos tãtũ facit esse nõ festos omneis. Sane bellũ Saturnalibus sũmere nefas habitũ. Pœnas a nocente exigere piaculare fuit. Seruis summa licentia permittebat. Cum dominis discumbebant. qđ Saturno regnante nõdum quisq̃ seruitio uel libertate discriminabat. hęc ex Macrobio. Domitius Caldarinꝰ Martialis illud

enarrans Qui uenit botulus medio de tpe bru-
mæ Saturni septem uenerat ante dies tradit Sa-
turnalia primũ uno deinde tribus celebrata die-
bus. postea cum mittenda munera essent in se-
ptem creuisse. Sed ex quo numero quinq; tantũ
festi haberentur. ut hoc sit Macrobii illud a no-
bis supra relatum celebritatem Sigillarium fa-
cere dies illos septem: Saturnalium feriatos esse
non festos omnes. hinc est quod alibi Martialis
quinq; dies Saturnalibus præbet Omnia misisti
mihi Saturnalibus Vmber Munera, contulerant
quę tibi quinq; dies, & alibi de Flagris Ludite
lasciui sed tantum ludite serui. Hęc signata mihi
quinq; diebus erũt. Idem At iam Saturni quinq;
fuere dies. De Saturnalium ritu poeta idem cum
alibi tum in eo epigrammate aliqua Synthesi-
bus dum gaudet eques dominusq; senatus Dũq;
decent nostrum pilea sumpta Iouem. Nec timet
ædilem moto spectare fritillo Cum uideat geli-
dos iaz ppe uerna lacus Diuitis alternas & pau-
peris accipe sortes Præmia conuiuæ det sua qsq;
suo. Et quamq̃ de Saturnalium origine ea quę ex
Macrobio diximus sufficere poterant tamen &
illud addemus quod scribit Liuius. A. Sempro-
nio &. M. Minutio consulibus ædem Saturno
dedicatam. & Saturnalia instituta fuisse.

DE SIGILLARIBVS

SIGILLARIA non sunt munera quę Saturnali-
bus mittebantur ut qdam credunt. sed celebritas
addita Saturnalibus ut paulo ante in Saturnaliũ

enarratione ſm Macrobii ſententiam demõſtrauimus. Munera.n. Sigillaritia ſicut a Saturnalib9 saturnalitia nominanť. Spartian9 saturnalitia & ſigillaritia frequẽter amicis inopinantibus miſit Hadrianus imperator: & ab iis libẽter accæpit: & alia inuicem dedit. Verum ad ſigillaria ut redeamus parua illis ſimulachra diebus fingebanť ac uenalia parabanť quę homines pro ſuis capitibus in ſacellu3 Ditis aræ Saturni cohærens ab Hercule qdem docti offerebant. Olim.n.cũ Ditem ac Saturnum humanis capitibus placarent Herculem ferũt cu3 Gerionis pecore per Italiam reuertẽtem ſuaſiſſe illis ut fauſtis ſacrificiis infauſta mutarent. inferentes Diti non hominum capita ſed oſcilla ad humana3 effigiem arte ſimulata. ut ſcribit Macrobius. Oſcilla ẽt q̃cũq3 illa fuerint ſuſpendebanť Baccho teſte Vergilio in georg.

DE SECVLARIBVS LVDIS

SECVLARES ludi (ut eſt apud Feſtũ) a Romanis fiebant poſt centũ annos. qm̃ ſeculum in centum extendi annos exiſtimabant. eoꝝ origo Valerio maximo auctore a Valeſio Sabino fuit. nigris hoſtiis Diti & Proſerpinæ immolatis. poſitiſq; lectiſterniis tribus ꝯtinuis noctibus. qa totidem ſibi filii periculo liberati fuerant in Tarenti Martii campi loco. vnde Tarentini appellati dicente Auſonio Gallo Trina tarentino celebrata trinoctia ludo. M. Varro ex libris Sibyllinis eos ludos habuiſſe origine3 tradit. qđ Roma cũ multis portentis uexareť qndecemuiri eos adire iuſſi

renunciauerunt ut Diti ac Proserpinæ ludi Tarẽtini in Campo martio fierent tribus noctibus & hostiæ furuæ immolarent. Ad hanc ex libris Sybillinis renunciationẽ arbitror illud Oratii in seculari carmine referendum Date quæ præcamur Tempore sacro; Quod Sybillini monuere uersus. Citati modo auctores Varro & Valerius nõ nisi de noctibus & Dite ac Proserpina meminerunt. Forsitan prius nocte deinde factum ut totidem dieb⁹ celebrarent. aut qa nox ut prior diem ducit. nec solũ Diti atq; Proserpinæ sed aliis fierent. neq; modo in Campo martio uerum etiam in Capitolio. Vt enim Acron ait Centesimodecimo anno in Capitolio a pueris & puellis impuberib⁹ cantabat. Et Oratius seculare carmen scribens principium sumpsit ab Apolline & Diana Phœbe siluarũq; potens Diana. qa ipsum in honore Solis habebat & Lunæ. Sed de hoꝝ ludoꝝ ritu multa & copiose & eleganter: quem legas: in Miscellaneis Angelus Policianus. Quod autem Acron dixit pauloante centesimo undecimo anno cani solitu; sequitur Oratium: qui ait Certus undenos decies per annos Orbis ut cantus referatq; ludos Terdie claro totiesq; grata Nocte frequentes. Nam qdam: ut est Pompeius festus: centesimo tantum anno factum id produnt. Primus uti ex Valerio diximus ludoꝝ Tarentinoꝝ fundamenta iecit Valesius. huius exemplũ Valerius publicola primus consul sequutus ludos seculares fecit: quos ꝑmos fuisse Policiano placet scribenti ex Zozimi sententia, secũdos postea factos anno trecentesimo & secundo quinquagesimo

post Romam ꝯditam. Mox tertios & item quartos Cōsulum temporibus quos ille omnes citet. Quintos a Cæsare Augusto instauratos. Sexto a Claudio factos q̄si anticipatos ab Augusto neq; legitimo tempori reseruatos. Septimos a Domitiano editos computata tempoꝝ ratione ad annum non quo Claudius proxime sed quo Augustus olim ediderat. Vt hinc sit Martialis illud de matrona quę binis ludis Claudii scilicet ac Domitiani interfuerat Bis mea romano spectata est uita Tarento. Octauos instauratos a Septimio Seuero. Post Seueru; deniq; Philippum Eusebio necnō Eutropio auctoribus celebrasse millesimū annum Romanæ urbis in Campo martio tribus diebus noctibusq; ingenti spectaculoꝝ apparatu.

DE SEMENTINIS FERIIS

SEMENTINAS esse ferias conceptiuas supra e Macrobii sententia diximus ubi de feriis sermo factus. eis addatur modo quod Varro tradit iis freme uerbis. Sementinæ feriæ dies is qui a Pontificibus dictus; appellatus a semente q̄ȯ sationis causa susceptæ. Ad hęc Festus Sementinæ inquit feriæ fuerunt institutę, quasi ex iis fruges grandescere possint. Ouidius Sementinæ diem indictū non statū esse docet: vt Varro quoq; demonstrat: q celebraret Seminibus iactis est ubi fœtus ager. Hoc tempore coronati stabant plenum ad præsepe iuuenci. Rusticus aratro suspenso requiem dabat. Pagum pagani lustrabant: Tellurem ac Cererem colentes frugum matres.

✤ DE SEPTIMONTIO ✤

¶Pompeius Festus.an putabas longius abiisse. Sed quid agas? a diuitibus mutuo petenda est pecunia trapezitis.Is igitur Festus hec nobis de Septimontio legenda reliquit.Septimontiū appellabant diem festum qđ in septem locis faciebant sacrificiū. Palatio: Velia: Fagutali: Saburra: Cerimalo: Celapio & Cespo. M. Varro ita meminit de Septimontio Septimontiū dies nominatus ab iis septem montibus in quis sita urbs est. feriæ nō populi sed montanorꝫ. Plutarchus scribit Septimontium diem festum apud Romanos fuisse quo Septimus collis urbi attributus est. & Roma Septicollis facta. quo qdem die uehiculis uti iunctis cautum fuisse scribit: ne urbem cuȝ festum agebaṫ relinquerent. quasi q uoluerint eum diem precipue uenerari ac celebrari q pro Ciuitatis habitatione agereṫ. Suetonius Septimontialem hunc uocat diem sic inqens de Domitiano Congiariuȝ populo numorꝫ trecentorꝫ ter dedit. atqȝ inter spectacula munerꝫ largissimū epulū Septimontiali sacrorꝫ qdeȝ die. Senatui Eqtiqȝ panariis, plebeis sportellis cū obsonio distributis.

✤ DE SERVORVM FESTO ✤

¶Servorvm dies festus existimaṫ eidibus Augusti quod eo Seruius Tullus natus serua ædem Dianæ dicauerit in Auentino. cuius tutelæ sint cerui. a quarū celeritate fugitiuos uocent seruos. auctor est Sextus Pompeius Festus. habebant er

go & serui suum festum, ne inuiderent ancillis. nam & eis festus fuit dies. de quo supra in A litera diximus.

DE SOLITAVRILIBVS

Solitavrilia hostiarum trium diuersi generis immolationem signant tauri arietis uerris. qđ omnes solidi integriq; sint corporis. Solon enim oscorum lingua totũ solidumq; significat. Vnde tela quędã soliferrea uocant. & homo bonarum artium solers. & quę nulla parte laxata cauaq; solida nominamus. Scribit hoc si nescis ille q a nobis in omni fere sacra celebritate citatur Pompeius Festus. De iis mẽtio fit sacris ab Asconio Pediano dum ait quod censores cõpleto qnquennio lustrabãt. & taurilia sacrificia de sue oue tauro faciebant. Solitaurilia Quintilianus inqt iam persuasum est esse ex sue oue & tauro. Et sane ita se habet sacrũ qđle apud Homerum quoq; est. Sed hęc nõ tam ex trib[9] quã ex particulis triũ coeũt.

DE STVLTORVM FERIIS

Quid si quę retulimus omnia quę ue sumus relaturi sacrificia stultoꝝ ferias uero nomine appellaueris? Sed aliqua ex nostris ẽt merito sic uocentur. ut quę diuo Raynaldo: quem herniosis opem ferre autumant: in agro Tudertino feriæ celebrãtur nunq̃ absq; tumultu nunq̃ fere sine hominis cæde ubi animi iuuenum & presertim rusticorum multo mero caluerint. Sed tu de feriis Stultorũ

lege quę a nobis dicta fuerunt in Quirinalibus.

❧ DE TAVRIIS LVDIS ❧

¶ TAVRII appellabantur ludi in deoꝝ Inferoꝝ honorem facti. Videntur aũt hac de causa instituti. Regnante Tarquinio prisco cum magna in mulieres grauidas pestilentia incidisset quę facta fuerat ex carne diu uędita populo taurorum. ob hoc Deis Inferis instituti & Taurii uocati sunt. Pompeius Festus ad syllabam immo ad literam hęc scribit. De ludis Tauriis Liuius meminit dicens per biduum factos eos causa religionis.

❧ DE TERMINALIBVS ❧

¶ M. Varro quo teste Lactantio nemo unq̃ doctior ne apud græcos q̃dem neq; apud Latinos uixit hęc de Terminalibus memoriæ tradidit. Terminalia quod is dies extremus anni cõstitutus. duodecimus. n. mensis fuit Februarius. & cũ intercalatur inferiores quinq; dies duodecimo demuntur mense. hoc & Macrobius docet scribens Romanos non confecto februario sed post uigesimum & trigesimum diem intercalasse Terminalibus scilicet iam peractis. Apud Pompeium Festum hunc legebamus in modum Termino sacra faciebãt quod in eius tutela fines agroꝝ esse putabant. Deniq; Numa Pompilius statuit eum q terminum exarasset & ipsum & boues sacros esse. Terminus aũt quo loco colebatur sup eum foramen patebat in tecto, qđ nefas esse pu-

tarent Terminum intra tectum cõsistere. hucusq; Festus. De terminalibus dixit Oratius Vel agna festis cæsa Terminalibus. ibi Acron interps Terminaliorum diem scribit institutũ fuisse q per epularum festiuitatem Cæsis agnis fines seruari facerent. Ouidius Termino sacra fieri mense Februario docet ut eũ duo diuersi domini de parte coronent Binaq; serta illi binaq; liba ferant. Erecta ara & ignem frugibus cum fauo iniectis necnon agno aut porcello mactato cum iis laudibus Tu populos urbesq; & regna ingentia finis: Omnis erit sine te litigiosus ager. Nulla tibi ambitio est. nullo corrumperis auro. Legitima seruas credita rura fide. Si tu signasses olim Tyreatida terraȝ Corpora non leto missa trecenta forent. Non foret Otryades congestis tectus in armis. O quantum patriæ sanguinis ille dedit. Quid noua cum fierent Capitolia? nempe deorum Cuncta Ioui cessit turba locumq; dedit. Terminus (ut memorãt ueteres) inuentus in æde Restitit. & magno cum Ioue templa tenet. & reliqua. Scribit Augustinus (quod loco huic non sit alienum) a ueteribus fictum Ioui Terminum in Capitolio cædere noluisse: significantibus neminem Romanorum terminos cõmoturum. Idemq; a Marte & Iuuentate factum. quod populus Romanus & eiusdẽ Iuuentus nemini locũ daturi essent quem tenerent. Plutarchus quærit cur Terminum: cui Terminalia faciũt: deum putantes nihil ei animatũ sacrificant. Vbi notandũ Plutarchuȝ loqui ſm Nume Pompilii institutionem. quæ postea seruata non fuit. unde Oratius in epodo uel agna festis cæsa Ter-

minalibus & Ouidius ea ſacra deſcribens ait
Spargitur & cæſo cõmunis terminus agno.
Nec queritur lactens cum ſibi porca datur.

DE THESMOPHORIIS

THESMOPHORIA tradente Seruio honorato Cereris ſacra fuere dicta a Cerere: quę a Græcis Theſmophora hoc eſt legifera nominatur. ſiquidem θεσμὸς legem & φέρω fero ſignificat. Ceres. n. leges inuenit. quod non ſolum poeta Ouidius q de Cerere loquens ait prima dedit leges & Vergilius qui propterea legiferam Cererem appellauit Sed Plinius quoq; teſtatus eſt. Seruius quem pauloante citaui leges a Cerere inuentas fictum eſſe ait quia ante inuentum frumentum a Cerere paſſim homines abſq; lege uagabantur. quę feritas interruptas ſit frumenti uſu comperto poſtq̃ ex agrorum diuiſione nata ſunt iura. Aulus Gellius citat Ariſtophanem in Theſmophoriis cum mulieres cõueniunt ad ſacra eleuſina. i. ad Theſmophoria quę ſunt ſacra Cereris, uti ait. De ſacris Cereris plura nos in Cerealibus.

DE THARGELIIS

THARGELIA erant dies feſtus Athenienſium Apollini & Dianæ cõſecratus menſe Thargelione quo dei Apollo & Diana orti fuerũt tradente Laertio. Nomen eis ab Apollinis hoc eſt ui Solis datum ut Sudas eſt auctor. Nam θέρειν calefacere & γῆν Græci dicunt terram.

DE TRIETERICIS

Lactantius siue is Luctatius est Papinii interp̃s ac Seruius Honoratus Trieterica fuisse scribunt Bacchi sacrificia quę exacto triennio celebraban tur. sicut Ioui olympiaci sacruȝ intermisso quin- quennio. Latine Triennalia dici possunt. namq̃ τρία tres & ἔτος annum significat. Vnde Statius hoc demonstrans sacrificium ait Da parue tuum trieteride multa Instaurare diem. Est. n. τριετηρὶς. i. trieteris triennium. ut satis constat. id Ouidius quoq̃ ostẽdit tempus etiam signans quo fierent. Sic namq̃ ait Festa corymbiferi celebrabat grę- cia Bacchi Tertia quę solito tempore Bruma re- fert. De iis alibi Idem. Ibat ut æmonio referens trieterica Baccho. Ire solet fusis barbara turba comis. Sic & Vergilius Bacchatur qualis cõmo- tis excita sacris Thyas ubi audito stimulant trie- terica Baccho Orgia. Eram Ouidii illud missum facturus nisi me tum carminis elegantia tum q̃ loco imprimis ꝯuenit reuocasset. Profecto Oui- dii carmen est Tempus erat q̃ sacra solent triete- rica Bacchi Sythoniæ celebrare nurus. nox ꝯscia sacris. Nocte sonet Rhodope tinitib⁹ aeris acuti.

DE TROIA LVDO

Troia (ut docet Pompeius Festus) fuit lusus puerorum equestris quem primus Ascanius lon- gam muris cum cingeret Albam Rettulit & pri- scos docuit celebrare Latinos Albani docuere suos. Hinc maxima porro Accepit Roma & pa-

trium seruauit honorem. Troiaq; nunc pueri troianum dicitur agmen. ut ab Homero mantuano dictum fuit: quos ludos in patris funere Aeneas edidit describente. eum locum honoratus exponens ait ex Suetonii Tranquilli sententia ludum Troiam uulgo Pyrrhicam appellari. eoq; ipso ludi originem expressam esse in libro de lusibus puerorū. Dictator Cæsar uaria spectacula edidit. ex iis Troiam. quā lusit turma duplex maiorum minorumq; puerorum. ut Suetonius refert in eius uita.

DE TVBILVSTRIIS

¶ TVBILVSTRIVM descripturus cuius id potius uerbis agam q̄ M. Varronis antiqtatis & literarum parētis? Is enim de hoc die ita scribit Tubilustrium appellatur quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubæ lustrantur. Sed neq; horum oblitus est Festus apud quem sic legatur. Tubilustria dies appellabantur in quibus agna tubas lustrabant. Hęc illa quę Naso Lustria uocat. Vulcano sacra. de quibus a nobis supra narratum fuit.

DE VINALIBVS

¶ Inuenio apud Varronem libro secundo de lingua latina duo sacrificia Vinaliorum nomine appellata Vna Iouis altera Veneris cognomento rustica. De primis sic scribit Vinalia a vino. hic dies Iouis non Veneris. hu

ius rei cura non leuis in latio. nam aliquot locis vindemiæ a Sacerdotibus publice fiebant. Romæ etiam nunc. nam flamen dialis auspicatur vindemiam. & ut iussit vinum legere agna Iouis facit. inter cuius exta cæsa & proiecta flamen prorsus vinum legit. In tusculanis sacris est scriptum vinum nouum ne uehatur in urbem anteq̃ uinalia calentur. De secundis sic paulopost. Vinalia rustica dicuntur ante diem XII. Klen. Septembris. quod tum Veneri dedicata ædes & horti eius tutelæ assignantur. ac tum sunt feriati olitores. De primis loqui uidet Pompeius Festus dum ait Vinalia diem festum habebant quo die uinum nouum Ioui libabant. quod quidem uinum ex dolio sacrificii causa demptum antequam gustetur ut alibi tradit & calpar appellabatur & festum. De secundis Varro ipse in primo de re rustica libro dum ait si Mineruam & Venerem uenerari quarum unius procuratio oleti. alterius hortorum. quo nomine rustica uinalia instituta. Plinius quoq; duo Vinalia memorat: priora. IX. Klen. Martii degustandis uinis instituta. Posteriora quę agebantur ad. XIII. Calen. Septembris. Ouidius una tantum describit quę mense aprili celebrarentur tam Veneri q̃ Ioui attributa quorum originem scribit fuisse Turni vinum: quod Aeneas Veneri filius occiso Mezentio cui uinum a Turno promissum fuerat Ioui libauit. Quod autem Veneri hortos Varro pauloante attribuit non id frustra. nam & Næuius Pompeio festo referen

te Venerem pro oleribus uti p pane Cererem & pro pisce Neptunum posuit dicens coquus edit Neptunum : Cererem : Venerem.

DE VERTVMNALIBVS

VERTMNALIA seu Vortumnalia uti veteres pronunciabant dicta sunt a Vertumno cuius feriæ erant octobri mēse, ut scribit Varro. Est autē Vertumnus tradente Acrone deus qui præest sensibus . ab eo quod uertat & mutet cogitationes humanas . Hic Rome multis in locis positus erat. In municipiis etiam eius simulachra cōsecrabantur quibus ambigui uultus erant prout dedisset eis habitum . ita ut in diuersas numinum facies uerteretur . hinc illud Oratianum Vertumnis : quotquot sunt : natus iniquis . de eo qui se regere ignoraret. Vertumni meminit Donatus Terentii interpres multis in locis . Apud poetam umbrum non dico Plautum sed Propertium Asisinatem Meum ut Plinii uocabulo urar conterraneum. & eorum qui elegos scribunt facile principem est elegia elegantissima in qua Vertumnus introducitur qui se tuscum dicit Volsiniis natum . habitare autem Rome ad forum Romanum . affertq; uarias sui nominis interpretationes . quas nostrum apud poetam te legere uolo. Festi codices habent Volturnalia Volturno deo sacra. Forsitan Vortumnalia & vortumno legendum . Quid si legas Voltumnalia ? Voltumnæ deæ sacra ? Voltumnam fuisse

deam Ethruriæ ad cuius phanum frequens Ethruſcorum concilium fuerit docet nos Liuius. Equidem Volturnum ſeu Vulturnum legi ſed quod urbem fluuiumq́ ſignificet non autem deum.

DE VVLCANALIBVS

Nemo Varronez qui legerit ignorabit Vulcanalia a Vulcano dici. quod ei tum feriæ & quod eo die populus pro ſe in ignem animalia mittit. Is dies de menſe Auguſti erat a quo tempore Plinius iunior ſcribit Auunculum ſuum lucubrare.i.noctu ſtudere incepiſſe. Auguſto autem menſe Vulcanalia celebrata Plinius & Columella oſtendunt. ille dum ait fici cum Vulcanalibus tonuerit cadent. hic inquiens Auguſto circa Vulcanalia tertia Satio eſt. neq́ obſtat quod luſtria Vulcani feſta.XIII.Calen. Iunias fieri ſcribat Ouidius. ſicuti & nos ſupra non tacuimus. quia alia illa erant. quod facile nobis conſtaret ſi Ouidium integrum haberemus.

FINIS.

HABES ALPHENE DE Deorum cognominibus & sacris celebritatibus quod pollicitus fui. Sed age pauca etiam quę ueluti corollarium de antiquoruȝ uictimis siue hostiis addidi legere haud te pigeat per dignam sane rem cognitu, & deorum cognominibus ac sacris celebritatibus meo quidem iudicio germanam.

DE HOSTIIS

SEV VICTIMIS

ANTIQVORVM.

HOSTIARVM seu uictimarum tradēte Macrobio duo sunt genera, namq; hostias inter & uictimas haud facio differentiam. neq; ignoro quid Seruius honoratus, neq; me fugit quid Antonius Fanensis Nasonis illud exponens dicat Victima quę cecidit dextra uictrice uocatur. Hostibus a domitis Hostia nomen habet. Sic enim lego domitis pro superatis seu uictis, ut uetusti codices habent, ibi Antonius differentiam inter duo hęc

Hostia.

Victima.

noia recitat Auli Gellii testimonio usus, quum apud Gellium talis nunq̃ differentia inueniat. Sed ut nostra ad ꝑpositũ recurrat oratio: unũ

Hostiarum genus. hostiaꝝ seu uictimaruꝫ genus erat, in quo dei uoluntas per exta disquirebat. alterum in quo solum animalia deo sacrabatur. ꝑpter qđ hæ

Animales. hostiæ animales appellatæ fuerunt. Vtrunq; genus Maro demonstrat, & quidem primum quando ait mactat lectas de more bidentes. & mox. pecudumq; reclusis Pectoribus inhians spirantia consnlit exta. Alterum uero dum facit Entellum uictorem Eryci taurum mactare animam illud appellans propter quam retulimus causam. Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Persoluo. Idem alibi Sanguine quærendi reditus, animaq; litandũ Argolica. Vltimi generis hostiæ quandoq; to-

Holocaustum. tæ comburebantur. & hoc holocaustum nomine rem demonstrante uocitabatur id Vergilius intellexit inquiens Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Et solida imponit

Holocautoma. taurorum uiscera flammis. Idem Holocautoma a græcis nominantur. Dauid in Psalmis. τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης ἀναφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα τότε ἀνοίσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους. idest Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocautoma. Tunc imponent

Victimę per similitudinẽ. super altare tuum uitulos. Seruius honoratus auctor est uictimas aut per similitudinem aut per contrarietatem immolari. per similitudinem dum Serenitati ac Zephyris albæ, Tempestati uero & Nocti ac Telluri nigræ daban-

itur. Proserpinæ autem steriles quia ipsa virgo est quę nunq̃ pariat. Taurus & quidem candidus Neptuno, Apollini, Ioui, Iunoni, Palladi. hoc & Vergilius quoq; ostendit. Taurum Neptuno taurum tibi pulcher Apollo Nigram Hyemi pecudem Zephyris felicibus albam. & alibi. Ipse atri uelleris agnā Aeneas matri Eumenidum magnęq; sorori Ense ferit. Sterilemq; tibi Proserpina uaccam. Iuuenalis. Niueam reginæ ducimus agnam. Par uellus dabitur pugnanti Gorgone maura. Sed procul extensum petulans quatit hostia funem Tarpeio seruata Ioui. Per contrarietatem uero ut sus Cereri. Caper Baccho. Capra Aesculapio salutis deo mactabat. Sus enim frugibus terram eruens. Caper uitibus rodendo nocet. Capra nūq̃ est sine febre. Ouidius. Prima putatur. Hostia sus meruisse mori, quia semina pando Eruerit rostro, spemq; interceperit anni. Vite Caper morsa Bacchi mactatus ad aras Dicitur ultoris. Idem Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ. Vlta suas merita cæde nocentis opes. & subdit. Rode Caper uitem, tamen hic cum stabis ad aras In tua quod spargi cornua possit erit. Verba fides sequitur, noxa tibi deditus hostis Spargitur effuso cornua Bacche mero. Idem bouis ouisq; morte enarrata infert. Placat equo Persis radiis hyperiona cinctum Ne detur celeri uictima tarda deo. Quæ semel est triplici p uirgine cæsa Dianæ Nunc quoq; pro nulla uirginitate cadit. Exta canum Triuiæ uidi libare Sabæos Et quicunq; tuas

Victimæ per contrarietatem.

accolit Aetne niues. Cæditur & rigido custodi ruris asello. Alibi eodem .i. libro Iano arietem Ioui agnam mactari tradit. Sic enim de Iano loquens ait ita rex placare sacrorum Numina lanigeræ coniuge debet ouis. De agna uero Idibus alba Ioui grandior agna cadit. Sue pregnante & farre Cererem & Tellurem placabát ut apud eundem poetam est legere ita dicentem Placentur frugum matres Tellusq; Cereſq; Farre suo grauidæ uisceribusq; suis. Porphyrius in libris reponsorum Apollinis carmen refert quod Celestibus albas: Terrestibus & Inferis nigras bestias. Marinis uolatilia sed nigra mactanda canit. quoniam similibus similia gaudent. Nam ut ait cęlestia alba sunt. Terra naturaliter tenebrosa. maris aqua cerulea & mobilis: ut latius in libris flosculorum scripsimus. Preterea stabant victime ante aras solutæ. Siquidem piaculum est aliquid in sacrificio ligatum esse. vnde illud apud Vergilium uictasq; resoluit Sacrati capitis. & illud quoq; vnum exuta pedem, uinclisq; in ueste recincta, Nam qđ ait Iuuenalis Sed pcul extẽsum petulans quatit hostia funem: ad tẽpus ante sacrificium quo ligatæ erant refertur. Stabant & uictimis coronatæ, mola etiam salsa frontem consperſæ. Hinc vergilianus Sinon inqt mihi sacra parari Et salsæ fruges & circum tempora uictæ. Iuuenalis Vino spargi uictimas solitum fuisse demõstrat dicens Quippe ferox uitulus templis maturus & aræ Spargendusq; mero; De hoc & Vergilius liquore intellexit

Victimæ coronatæ.

Victime spargebantur.

Ipsa tenens dextra pateraꝫ pulcherima Dido Candentis uaccæ media inter cornua fundit. Est & hoc inuenire uictimarum presertim maiorum cornua inaurari. ad quod illud Ouidii referatur indutaqꝫ cornibus auro Victima uota facit. & alibi blandis indutæ cornibus aurum Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ. Iuuenalis etiam propter hoc dixisse uidetur frontemqꝫ coruscat de Iouis hostia loquens. Item hoc quoqꝫ memoriæ traditum est prima hostia non litante alteram dein tertiam plures ue adhiberi solitas donec litatum foret. Hinc legimus Paulum Aemilium sacrificantem non litasse usqꝫ ad uigesimam hostiam, in.xx.uero prima apparuisse signa uictoriam promittentia. Has hostias auctas nominabāt. Apud Suetonium Tranquillum ita legimus qd ad hanc rem facit: Circa Perusiam sacrificio non litante quuꝫ augeri hostias imperasset. Eædem Succidanæ dictæ sunt auctore Gellio quasi succedaneæ, quoniam si primis hostiis litatum nō erat aliæ post easdem ductæ cædebantur. quę quasi prioribus iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur & succedebant. Eadem uerbi ratione Præcidaneas quoqꝫ hostias nominarunt, quę ante sacrificia solennia pridie occidebantur ut Gellius idem tradit. vt uero Pompeius Festus Precidanea erat quę ante alias hostias cædebatur. Apud Mocrobium paulo post ea quę supra retulimus de generibus hostiarum mentio fit de hostiis Iniugibus. Esse

Victimarum cornua aurata.

Victimę plures.

Auctæ.

Succidaneæ.

Precidanęę.

Iniuges autem iniuges hoſtias ait quę nunq̃ domitæ ac iugo ſubditæ ſunt. De quibus Vergilius dicat Nunc grege de intacto Septem mactare iuuencos Præſtiterit totidem lectas de more bidentes Apud eundem Macrobium inq̃ hoſtiæ eximiæ epitheto non poetico Sed nomi-

Eximiæ ne ſacerdotali memorantur. Siquidem eximias hoſtias dictas ait quę ad ſacrificium deſtinatæ eximantur de grege. Vel quod eximia ſpecie quaſi numinibus offerendæ eligantur. Has neq; Vergilius tacuit Quattuor eximios præſtanti corpore tauros. Vbi quod eximuntur eximios. quod eliguntur præſtanti corpore monſtrauit. Ibidem Ambarualis hoſtia legitur quę rei diuinæ cauſa circum arua ducebatur ab iis qui pro frugibus faciebant. atq; ita nominabant ab ambidendis aruis. de qua poeta Idem intellexerit illo uerſu Terq; nouas circum fęlix eat hoſtia fruges. Sextus Pompeius Feſtus tam de Ambarualibus q̃ de Amburbialibus meminit eſſeq; ait hoſtias amburbiales que circum terminos urbis Romæ ducebantur, ut circum arua ambaruales. Idem Cauiares quoq; hoſtias non omiſit quod caue. i. pars hoſtiæ cauda tenus ducebatur: & ponebatur in ſacrificio pro collegio Pontificum quoq; anno. Eodem in auctore ſunt & hoſtiæ Agoniæ ab agẽdo dictę. Item hoſtię Prodigiæ q̃ conſumunt. Vnde homines quoq; luxurioſi prodigi. quoniam prodigere conſumere ſignificat. Item Bidentes oues quod duos dentes

Marginalia: Ambarualis. — Amburbiales. — Cauiares. — Agoniæ. — Prodigiæ. — Bidentes

longiores cæteris habeant quę Ambidentes etiam nominentur. Aulus Gellius & Nonius Marcellus Bidentes esse scribunt non oues solum sed omnes bimas hostias bidennes primo dictas litera immissa quasi biennes. tamen longo loquendi usu uocem corruptam esse. & ex bidennibus bidentes factum. Idem: quem paulo ante citaui: Pompeius Festus hostiam tradit ab hostiendo. i. feriendo dictam. cum Ouidius ab hostibus hostiæ nomen dederit, ut a nobis supra monstratum. Græci hostiam seu victimam modo θυσίαν modo ἱερεῖον modo ἐναγισμόν modo σφαγην appellant.

Ambidentes.

Hostia unde.

Hostiæ nomina græcis.

PETRI IACOBI MONTIFALCHII
VICTIMARVM
FINIS.

PERVSIE IN AEDIBVS HIERONYMI
FRANCISCI CHARTVLARII
AVGVSTO MENSE
M.[illegible]D.XXV.
ANNO IVBILEI.
SVB CLEMEN. VII. PO TI. MAX.

REGESTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

OMNES SVNT DVERNI

❧ FRANCISCVS SEPTIMIVS ❧
TVDERS. IACOBO
❧

Ingeniũ: cum pallas amet: cũ Cypria: Formaʒ.
Cum : tangat Charites Gratia sola deas
Cũ, Cęĩ, Veneré: chrarites: HIC clauseris. HINC é
Ingenium : Libris : Gratia : Forma : tuis.

NOBILI ADOLESCENTVLO PLACITO
LAVRENTII DE NOBILIBVS
ANCAIANI SPOLETINO
CONSANGVINEO
SVO
PAVLVS STRONCONIVS.

Multa licet ſuperis denť cognomina: Tandem
Vnus habet. Totum qui fecit omne deus.

yhs

6

Ex epistolis diui hieronimi

Domino sancto ac beatissimo pape Augustino hieronimus

Omni quidē tēpore beatitudinē tuā eo que decet honoré uenerat[us] sū et habitātē i[n] te dilexi dnūz saluatorē. Natte uirtute i[n] orbe celebraris catolici te coditorē āntique rursus fidei uenerātur atq[ue] suspiciūt et (quod signū maioris glie) e[st] oēs heretici detestātur. Incolumē et mei memorē te xpi dni clemētia tueatur dñe uenerāde et beatissime papa

Ex epistola Augustini ad hieronimū

Domino dilectissimo et cultu sincerissimo charitatis obseqēdo ac āplectēdo fratri et copresbitero hieronimo Augustinus. Magis amat obiurgator sanus q[ua]z adulator unges caput

Ex alia epistola

Nequaq[uam] mihi arrogaueri ut ingenii tui diuina munera uel aureū meis obolis ditare contēdā

Ex epistola hieronimi ad Eosina

Pretermitto salutationis officia quibus meū dñi ulteris capu sed tu ut episcopus in toto orbe potissimus debes hanc p[ro] uulgari sniaz. Ego i[n] paruo tugurriculo cū monachis i[d] est peccatoribus meis de magnis statuer nō audeo. neq[ue] m[ihi] ipsi ... plebeculā parti[bus] q[ue] te ueneratur ut episcopū et in ecclesia co[n]cionātē sacerdotij honor suspiciūt me uero etatis ultime ac pene decrepitū et monasterij rurisq[ue] secreta sectātē parui pēdunt et quaeras tibi q[uo]s doceas siue rep[re]hēdas ad nos n[on] tantis maris atq[ue] terrarū spatijs a te divisos uix uocis tue ...

peruenit petet in fine epistole ut gesserit senem militare ne
cogar et versus periclitari tum quod iuuenis es et in pontificali cul
Hic Liber est mei fratris Geraldini ordinis minorum
mine constitutus decete populos et nouis affrice frugibus ro
sancti francisci de mente fattore G. f. D.
marem tecra locupleta Mihi sufficiat cum auditore et lectore
pauperculo
pauperculo in angulo monasterii insusurrare
... cum complector animo quatuor inuenio causas quibus senectus misera
videatur unam quod auocet a rebus gerendis Alteram quod corpus
faciat infirmum Tertiam quod priuet omnibus fere voluptatibus
Quartam quod procul haud absit a morte

Ex alia hieronymi epistola

Optime nosti ... unumquemque in suo ... iudicare
... a pueritia ... iactantie quod olim faceret quod suspicerant
... omnia ... ambiguo illustres viros suo nomini famam
tingere meta Multa tulit fecitque puer sudauit et alsit
quevere Superest ut diligas diligentem et in scripturarum campo iuuenis senem
Abstinuit venere et Baccho qui pythia cantat tibicen
non prouoces Memento Daretis et Entelli et vulgaris prouerbii quod
prius extimuit magistrum
quos bos lassus fortius figit pedem Tristes hec dictauimus Memento
Pater saluator unde sotiaria munera que michi ... propter salutem
to mei sancte et venerabilis papa
Mart. Nam quoties surgis soteria poscis amicos

Ex epistola Augustini ad Heronimum

Nunquam sane tantum scientie diuinarum scripturarum in me est quantum
inesse tibi video

Ex alia

Si quid autem in te peccaui dimittas mihi atque identidem itque ut me
fideliter corrigas ubi opus esse perspexeris Quanquam non secundum honorum vo
cabula que iam ecclesie usus obtinuit Episcopatus presbiterio
maior sit tamen augustinus in multis rebus heronimo minor est Li
cet et a minore quolibet non sit fugienda ut dedignanda
correptio